uero quæ facta ſunt, cum alia præſtantiora, nõnulla uiliora abiectioraq; ſunt, infinita, ut oſtẽſum eſt, uirtute cuncta conſtituit. una itaq;, & eadem, res tum maximas, tum minimas infinita fecit uirtute, cum ſit demõſtratum haud fieri poſſe, ut opificis dei uirtus terminis circũſcribatur, & ipſam infinitam eſſe, neceſſe eſſe, demõſtratum eſt. Non igitur uerum, neq; ob ſolam effectiuam cauſam, neq; propter ambas, efficiẽtem ſcilicet, & rem factam, neq; plures, quam ſunt, neq; meliores potioreſue fieri poſſe res. namq; ad has ſebat ſuppõnes, effectricẽ dei uirtutem coerceri terminis, qd' quidem uelut rem abhorrẽtem, & quod nequaq̃ eſſe poſſit: oſtenſum eſt, unam igitur ſuppoſitionum reliquam eſſe ueram relinquitur ſolã, quæ aſſerit generabilium naturam in cauſa eſſe, ut neq; plures, neq; meliores, ꝓſtantioreſue res fieri poſſint. ſi uero quiſpiam ambas eſſe cõceſſerit cauſas, efficientem animo, & rem factam, cur neq; plura, neq; meliora effici poſſint, ob unam, atq; eãdem cauſam, cur res gigni non poſſit, ab eandẽ in quam cauſam neq; efficiẽtẽ efficere moliriue omnino neceſſarium eſt. poſſe. ſi ergo quiſpiam cauſam aſſignarit, quãobrem, neq; plura, quã facta ſint, neq; preſtantiora eſſe non poſſint, cũ in omnibus effectrix dei potentia, quẽadmodum demonſtratum eſt, infinita ſit, hanc & a nobis huius accipiat, ab æterno, quãuis ſemper bonus, necnõ, non aliquando moliens deus, mũdum conſtitui nequiſſe, & quã nos de his cauſam admodum naturalẽ aſſignare ualemus, hæc eſt infinitum nullo prorſus modo, partim in auſcultatione naturali, partim in tractatiõe, quã habuit in libris de cœlo. Ariſtoteles longo ſermone, actu ſubſiſtere poſſe demõſtrauit. infinitum uero nunc dico uel in magnitudine extenſionem, uel numeri productionem. potentia. n. infinitum omnis cum neceſſitas in his, quæ natura æterna ſunt, eſſe declarat, tum omnes conſona uoce conſentiunt. cum uero magnitudine, uel numero actu infinitum ſecundum naturã ſubſiſtere non poſſit, rerum numerum terminatum eſſe neceſſariũ prorſus exiſtit. Hoc ita cõſtituto. quæſtio, qua queritur, deridenda, cur plura nõ ſubſiſtãt. quo enim plura, quã ſint, ſubſiſtere quis ſuppoſuerit, cum actu in infinitum ꝓgreſſio eſſe nequeat, eo minus in ambiguitate, & hæſitatiõe eſſe nõ poſſumus, ſic neceſſario numerum rerum terminatũ eſſe cogitur. præſtantiora item quã, ea, quæ ſunt, nõ ſunt facta, ob id, quod opifici, quæ ab ipſo ꝓducta, emanarũt ſubiici prorſus oportet. quo igitur ꝓſtantiora, ac meliora, quã ſunt, quiſq̃ ſubſiſtere poſuerit, eo magis ipſa a dei potentia, ſupra quã intelligi poteſt, deficiũt, ac nihilominus eadem hæſitatio manet. Quare æque generatorum qualitatẽ, uere numerum circũſcriptam eẽ oportet. Si igitur, quãobrem neq; plura, neq; potiora ꝓter iam conſtitutorum naturam, generata, ac adita ſunt, cauſa non uacat, & hoc nihil uel dei potentiã, uel bonitatem minuit, cõſequenter & nos, cum mũdum generatione non uacare aſſeramus, ꝓductorum naturam, non opificis imbecillitatẽ, neq; quod ſemper ipſum bona efficere nollit, cauſabimur, ut enim neq; plura, uel infinita creata, ac effecta ſunt, eo quia actu ſubſiſtere infinitũ non poſſit: ita quoq; animo mũdum ab æterno una cum deo exiſtere non poſſe, ne item idem infinitum actu ſubſiſtere demus, ac infinitum poſſe trãſgredi efficiamus. Si enim mundus æternus eſt, neceſſarium quidem prorſus erit numerum ex ſuperioribus anteceſſionibus uſq; ad nũc, in mundo generatorum hominum dico, uel plãtarum, uel reliquarum ſingule cuiuſq; ſpeciei indiuiduorum actu infinitum eſſe factum. Si nãq; numerum editorum hominum, uel plãtarũ, uel aliorum indiuiduorum determinatum ſuppoſuerit aliquis, qm̃ ſingulum quodq; ipſorum terminato in tempore eſſe poſſedit: & omne tempus terminis cõcludi neceſſarium. nã conſtitutum ex terminatis terminum eſt: qm̃ ſi mundus generatione caret, & tempus genitum infinitum actu eſt, neceſſe quidem etiam indiuidua, quæ tẽpore infinito ædita ſunt: actu ſecũdum numerum infinita eſſe. quãobrem ſi non eſt mundi ortus, numerum actu infinitum ſubſiſtere, ac accidiſſe contingit. quod uero infinitũ actu nullo pacto ſubſiſtere cõtingat, neq; ſimul ſubſiſtens, neq; per ſucceſſionem in altero quidẽ ꝓgredientes opere, openixi diuina, abſolutius, ac perfectius demõſtrabimus, cum omnes ambiguitates, quæ mũdum æternum eſſe cogere uidentur: redarguerimus & uos quod reliquum eſt cõtra eaſdẽ, argumentorum machinas, quas moliemur, adducemus, ipſumq; non eſſe æternum conuincemus ipſius quoq; Ariſtotelis dictionem hoc ipſum cõprobantem in medium afferemus.

Dico

Dico uero fieri non poſſe, ut pacto aliquo infinitum actu ſubſiſtat. ibiq; hoc planum fieri poſſe reor, qua enim cauſa collectim, ac una infinitum eſſe non poteſt, hac eadem neq; per ſucceſſionem actu progreſſio infinita eſſe ualet. Si nãq; prorſus fieri poterat, ut infinitũ ſucceſſiue ſubſiſtẽs in actum ꝑfectum eſſet, qua utiq; ratione una ipſum ſecũdum actum ſubſiſtere amplius prohiberi poſſet. Longe enim magis infinitum per ſucceſſionẽ, quam collectim ſimul dici, ſubſiſtere, eſſe non poſſe uidetur, & tãquã ſi per unitatem aliam poſt aliam numeratum in generationem actu ducatur. collectim enim ſubſiſtẽs forte, per unitatẽ ipm tranſcendi, quaſi numerari poſſit, non neceſſe erit. quod uero ſucceſſiue fit, & alia ſemp poſt aliam, unitate, ſubſiſtente, quaſi actu infinite, quãuis collectim ſane, & una non ſubſtiterint genite ſint unitates, eo quia partim ipſius infiniti corrupte ſint, partim uero extant, infiniti tamen facta tranſgreſſio eſt, quod haud quaq̃ fieri poteſt, quaſi numeratum per unitatẽ infinitum pertranſeat, quãuis eternus ſit, ipſe numerans. infinitum enim tranſiri natura non poteſt, alioquin non eſſet infinitum. Si igitur infiniti tranſgreſſio fieri nequit, ſecũdum autẽ ſingulum indiuiduum ꝓficiſcens generis ſucceſſio per infinita indiuidua uſq; ad hæc, quæ nunc extant, pertinuit, pertranſibile igitur infinitum factum eſt. quod quidem eſſe non poteſt. non itaq; infinitus antecedẽtium indiuiduorum numerus. non. n. utiq; generis ſucceſſio uſq; ad noſtrum queq; progreſſa eſt. infinitum. n. ut pertranſeat eſſe non poteſt. ac ſi mũdus principio careat, annorum uſq; ad Socratis ætatem numerus, ſi ita contingerit, infinitus factus erit, cui uero ſi a Socratis tempore ad noſtram uſq; ætatem, anni, qui iam fluxere: applicentur, erit, quod haud fieri poteſt, infinito maius aliquod. Et hominum, qui iam editi ſunt, numerus infinitus, necnon equorum numerus generatorum infinitus, itaq; infinitum dupli cabis, hiſq;, ſi addas & canum numerum, ĩfinitum triplicabis, & aliorũ ſingulo adiecto multiplicabitur. quod quidem inter ea, quæ maxime eſſe non poſſunt: cenſendum eſt. Nõ enim maius eſſe infinito cõtingit, ut & multiplicationem non negemus. ſi igitur, cum mundus generatione uacare concedat: hæc, quæ abhorrent, contingere eſt neceſſe, & alia plura, ut alias demonſtrabimus, fieri non poteſt, ut ortu & principatum careat mũdus. alioquin infinitum tranſcendi poterit, ac actu ſubſiſtẽs necnon ut infinitum creſcere nũquam deſinat, eſt neceſſe, & ipſum ſeipſo maius effectum quieſcet nunq̃, & ſepius, ne dicam infinite, infinitum erit, quã ergo ob cauſam plura non effecit deus, ob eãdem neq; ab æterno creauit mundum, ſi uero ab æterno ut factus ſit, fieri minime poterat, planum igitur quod omnis tollitur ambiguitas, quãobrem non ſubſtitit prius. Quãta enim cogitatione in antecedentia procedemus, tanto magis ad ulteriora mentis intelligentiam promouet dei ſubſiſtentia principatu carens. ꝑinde nihilominus eadem derelinquitur quæſtio, cur non prius. Si quis contentioſa ratiõe nixus non infinitum cauſam exiſtimabit, cur non plura ſunt ædita, quã magnopere naturalem eſſe cauſam neceſſe eſt, ſed abſolute ita dicat, non modo infinita gigni nõ potuiſſe, ſed neque plura omnino quã ſunt, quæ generata ſunt, tantum natura, ſuſcipiente numerum, quãtus, & factus eſt, huius cauſam aſſignare nullã poterit. Si enim tot ædita ſunt, quid, ut ſic dixerim, uetat alie due, uel tres in mundo ſpecies ſubſiſtant. ſi enim homines aſinum equæ admittentes mulum generare machinati ſunt, & in uolatilibus plurimas cõmiſcere. ſpecies, quomodo a ratione non abhorret, dicere deum talia naturalia conſtituere animalia nequiuiſſe, naturalia dico, ut ſecũdum ſimilitudinem eius, quod deerat, nihil eſſet, quod homines ad horum generationem diuerſa iungeretut animalia. ſed non ſecus in his, ac in reliquis naturalem ſeruaui ſucceſſionem oportebat, cur enim fieri non poterat, ut deus, cum eiuſmodi animalia uia, ac ingenio ſubſiſtant humano: ipſe ſeminales ſucceſſionis ipſorum naturaliter iaceret rationes? quippe in aliis, ut inquit Ariſtoteles, ſucceſſionis perpetuitatem ſeruare uolens relicto modo continuam faciens generationem uniuerſum cõpleuit deus, quid igitur impedimenti erat, & eiuſmodi animalibus dico ſtudiis, ac induſtria hominum editis, ſucceſſionis naturalem inſerere rationem? ſi non id conceſſerimus, nihil tamen eſt incõmodi, eadem quin nos utamur reſpõſione, ideo ab æterno mundum nõ conſtitiſſe, ut actu infinitum minime ſubſiſtat, ac infinito ſit quippiam maius, & multiplicatum, ac pertranſibile fiat infinitum. Hæc enim in eorũ

numero, quæ minime eſſe poſſunt: iudicanda ſunt. dicta igitur & cauſa, quãobrem deus ſemper, quãuis bonus, non ab æterno mundum fabrefecit.

Mundum non eſſe æternum ne infinitum introducatur actu, & pertranſeat, probatur, quia effectus quoque id naturæ eſt, vt cum cauſa eſſe ſimul non poſſit obiectiones quoq; adduci, quibus oppoſitum huius probare. Cap .IIII.

AC ſecus, ſi deus bonus, bono uero de nullo unquã oritur inuidia, ut ſapiens inquit Plato, & ob hoc omnia, ut eſſent, in lucem protulit, cur nullum generabilium ſibi in oibus idem conſtituit, ſecum ut & ſubſtantia, & potentie cõmunionem haberet. Aut enim ualens, efficere noluit, conſequens, eo quod criminoſum eſt, blaſphemieq; ohnoxiũ, ſilentio traſigam, non. n. inuidiam euadet. aut omnino quia nõ potuit, noluit quoq;. ſed hoc dei imbecillitatem arguit, nãq; fieri nõ poterat, generabilium aliquod, ut cum ingenita, & ſui effectrice cauſa idẽ eſſet, ita namq; ipſe ſe ipſum deus utiq; effeciſſet, ut ingenerabile generabile eſſe cõtigiſſet. ſi quidẽ ingenerabilis illa ſubſtantia natura eſt, rurſus uero gigneretur iterum, ſi quid eorum quæ orta ſunt, eiuſdem cum ipſo eſſet ſubſtantiæ. Si igitur, quia nihil eorum, quæ facta ſunt, cum effectore idem eſſe poteſt, neq; quin deus ſit bonus, tollitur, neq; nolle ſibiipſi omnia efficere ſimilia, introducit, neq; imbecillitas aliqua ac impotẽtia ipſi coheret, neq; nos igitur æternum non eſſe mũdum ſtatuentes æterna deum ſpoliabimus bonitate, neq; imbecillitatem effectricis eius cauſabimur potentie, ſed quia mũdum eſſe ſemper nequiuiſſe, propter ipſam eius, q̃d generatur naturam, ſuppoſuimus, quia actu conſtare infinitum, uel ut tranſcendi poſſet, fieri nequibat. Et quia id, quod fit, non id naturæ eſt, ut ſimul, & una cum efficiente ſit æternum. ſi quidem & eſſe, & ſubſtantiam effectiue a deo accepit mundus, nihil cum eo in ſubſtantia cõmunicãs, quonãmodo fieri poterat, ut ab æterno ipſe una cum deo exiſteret? quod enim ſemper eſt, quo pacto in eſſe proferetur. Si in omnibus ſubſtantia, potentia, & actu, efficiente deſpicacior eſt effectus, prorſus neceſſario conſequetur, & ſecũdum ipſam, ut abiectior ſit, ſubſtantiam. nullam igitur uidemus neq; naturalem, neq; artificialem generationem, in qua non cauſa exiſtẽtia effectum antecedat. quas enim nobis, ut una cum deo æternum exiſtere declarent mundum, ſimilitudines adducunt demonſtrantes, ut putant, effectus quoſdam cum ſuis cauſis ſimul cõſiſtere, nullam habere ad id, quod perueſtigamus, cõmunionem uidemus. Sol enim iuquiunt, exiſtens luminis cauſa ei ipſum ſuum eſſe efficit, & non ſole lumen, neq; ſol lumine prior poſteriorue eſt. Et corporũ, quæ in lumine ſunt, umbra, quæ ab ipſis editur corporibus, ſemper una cum corporibus hoc eſt ſua exiſtit cauſa.

Negat corporis vmbram eſſe effectum, neq; cum corpore ſimul eſſe, probat. Cap. V.

EGo uero exemplum ſecũdum tanti extimandum cenſeo, ut nihil ſit, quod cõtra depromatur ratio aliqua, quẽ preterit, umbram nihil aliud eſſe, quã luminis priuationem. priuatio uero, ut pauloante oſtendimus, per ſe non eſt. quomodo igitur mente quiſpiam p̃ditus a corpore, quod in lumine, id quod per ſe non eſt, ut a cauſa manare dixerit. quod nõ eſt enim, non gignitur. quippe eius, quod eſt, generatio eſt. non enim, quia luminis priuatio, umbra, & uocate tenebre, nomine indicantur, iam ꝓpter hoc, & exiſtẽtiam quãdam, ac ſpeciem, ipſam ſuſpicãdum eſt. Etenim aſpectus priuatio, nomine, uocata cæcitas ſignificatur, etiam pedibus, qui læſus eſt & motu, qui per pedes efficitur, ita priuatus eſt, claudus uocat̃. & nemo q̃dem cæcitatem, uel claudicationem ſpeciem quãdam eſſe, & exiſtentiam habere enuntiarit. Non igitur luminis priuationem, ſiue tenebre, ſiue umbra uocetur, ſpeciem eſſe cenſendum. id uero, quod nos perueſtigamus erat, ſi rerum aliqua eſt, quæ eſſe, & ſubſtantiã effectiue accipiẽs ab alio, eo a quo fluxit, non ſit poſterior. Vmbra uero eſt luminis priuatio, quæ nõ per ſe extat. ſimile igitur eſt umbræ corpus dicere effectiuam eſſe cauſam, perinde ac eius, quod non eſt, mortem. ut igitur quod non eſt, non exiſtentiam eſſe quãdam, ſed ſolã eius, quod eſt, priuationem mente percipimus, ita umbram luminis priuationem eſſe ſolam, ac non ſubſiſtentiam quãdam ſpecie conformatam a corporibusq; effectam perſuaſum habemus. Quonã ergo pacto

go pacto quis luminis corruptionem ꝓpter corporum oppoſitionem, factam, ſimilem eẽ generationis, ac ſubſiſtentiæ, quæ a deo eſt, mundi accipiet. planum quidem prorſus & hoc his, qui in diſciplinis excellunt, quod in uniuerſum, uerum non exiſtit, cum corpus in lumine exiſtit, protinus & umbram cõſequi. ſi enim cõtingerit, ut ſupra noſtri corporis uerticem ſol exiſtat, quẽadmodum his, qui equinoctium, & uſq; ad eſtiuam conuerſionem habitãt. accidere aliquãdo contingit, planum tunc corpora ſubiecta ſecũdum terræ continuitatem ſe tangẽtia nihil habere opaci, ut nulla pars aeris intermedia ſit, in qua perinde, atq; lumen, umbra, ac tenebre ſubſiſtere natura ualeant. in quo enim, quemadmodum & Ariſtoteles in libris de anima teſtis eſt, lumẽ ſubſiſtit, in hoc & tenebre. unde & aliquãto opus eſt tempore uſq; eo, dum a uertice abſcedit, ſol, locum in obliquum umbre præbeat, in quem radii nõ immittuntur. ac terra ſane ſemper ĩ actu radiorum umbra uacãs eſt, ex illis paulatim mittit, umbram, ex quo ſolis abſceſſio radiorum cœpit. quare & rerum ſi per ſe umbra aliqua eſſet, non ita eius, quod queritur, ſimilitudo accipi poterat. non enim omnino una cum corpore, quod in lumine exiſtit, & umbra conſiſtit.

Negat comparationem luminis ad ſolem eſſe eam, quę eſt Dei ad mundum. Cap. VI.

AD exemplum, quod a ſole capitur, illud aſſerimus. qm̃ lumẽ duplex exiſtit quod in ipſo ſolis globo lumen exiſtens ſubſtãtia eſt, formam largiri, & ſolis naturam explere nemini dubium. cuiuſque uero quod quid erat eſſe, & ſubſtãtia, forma eſt. nihil uero effectiua ſuiipſius cauſa eſt. nõ itaq; ſol proprii auctor eſt luminis: cum per ipſum formã, ac eẽ habeat. quãobrẽ, ſi aliqs & mũdũ ſubam opificis explere dixerit, non negabimus, nõ ſecus, ac lumẽ, qđ in ipſo ſole exiſtit, ad ſolem ſe habeat, mũdum ad deum ſe habere. ita mũdi opifex nõ erit deus, quoniam neq; ſol ipſius luminis, quod ſue ſubſtãtiæ formam largitur, auctor eſt. ſiquidẽ neque ipſe ſeipſum ſol effecit. ſi uero aliena, & externa a diuina ſubſtãtia, omnia ab ipſa cũctorũ effectrice manarũt. nõ ergo, ut in ſole lumẽ ad ipm ſolẽ, ita ad ſui molitorẽ, ſe hẽt mundus.

Oſtendit in quo comparatio luminis ad ſolem, & Dei ad mundum vera inueniatur & in quo falſa, & agentem cauſam antecedere exiſtentia effectum, necnon declarat eſſe Procli teſtimonio lumen quoque cœleſte corruptioni obnoxium. Cap. VII.

FVſum in aere lumen nõ ſemper idem permanet, corruptibile enim eſſe omnes fatẽtur, ipſi enim ſuccedũt tenebre, nunq̃ enim idem ſemper perſeuerar, ſed perinde, ac motus, & tempus, dum gignitur, unde illuminans ſimul ac abierit, perinde ſtatim & in aere lumẽ in id, qđ non eſt, ſecedit, atq; dum non exiſtit, qnod mouetur, neq; motio eſt, neq; tempus. quãobrẽ neque illud uerum, cuius gratia de lumine, & ſole ſimilitudinem ſumpſere, ut ſit aliquid ab altero factum, non poſterius faciunt. ſi enim non idem manet lumen, ſcilicet ſemper, tẽporis momento productum in aere lumẽ antecedat illuminans, eſt neceſſe, aliud enim alias, atq; aliud continuo perinde, ut a fonte aqua, ab illuminãte fluit lumen. Deus uero unum, ut inquit Plato, unigenam mũdum conſtituit, quare quid, quod in aere, utiq; ſit lumẽ, plurimum enim de eius exiſtẽtia dubitatur, ſiue actus illuminantis, ſiue forma, ſiue affectio aeris, quoniã nõ idẽ; ac ad numerum unum ſemp, ſed alias aliud, atq; aliud, aliquam qdem eſſe generationem momẽtaneam, quæ non ita temporis productionem expoſcit, quẽadmodum natura in tãto, ſi ita contingat, tempore, hominem gignit: eſſe ꝑfecto poterit demõſtratio, ex ſole in aere luminis generatio, quæ ſimilem reddit, ac effingit ſubitam a deo rerum ſubſiſtẽtiam una cum intellectione factã. coeternum eſſe factum faciẽti nõ amplius ſane capi ſimilitudo poteſt, quoniam cum ſit illuminãs unum: aliud alias, & aliud ad numerum gignitur lumẽ. quod aũt in aere lumen corruptibili aliud, & aliud ad numerum, tum ipſa rerum euidẽtia fidem facit, tum in ratione de lumine Proclus plane docuit, ita enim inquir. ſi uero hoc quidem materiale, hoc uero abſq; materia lumẽ, ſecũdum illuminãtium ignis, & ſolis differentiã. quod materia caret, quo pacto corrumpitur? materiale uero quomodo penetrãs per materialia permeat? nõ enim magis totus aer nobis illuſtratus a ſole uidetur, quã a lumine, quod ab igne in noſtra regione ma

nat: at qui & nebula ſubtercurrẽte ſolem ab altero abſciſum eſt lumẽ, neq; eſt omnino. hæc q dem Proclus. animaduerte quod, non ut dubium corrumpi lumẽ poſuit, ſed hoc exploratum capiens, ex hoc ambigit, quomodo, ſiquidem lumen, qđ a ſole fluit. imateriale corrumpitur, ac nebula ſubtercurrẽte ſolem, non eſt omnino in alio. iterũ paucis interpoſitis, ipſe inqt. quomodo enim, quod in cœlo, lumini, qđ in aere eſt, continuum eſſe poterit, hoc enim corruptibile, illud autem nõ, ac ex ſuo hoc pendens nititur principio, hoc uero abſciſum, ſi contingerit, & aliquãdo non eſt, in corruptibili uero non cõtinuum corruptibile. duo enim talia & ſpecie differẽtia ſunt, quod quidem in aere lumen corruptibile, aperte & Proclus docuit, qđ uere, ut in aere lumen, ita in globorum cœleſtium fuſione corrũpitur, & non eſt, ut Proclus aſſerit, incorruptibile, ex his, quæ in aſtronomia demonſtrata ſunt: planum eẽ puto. ſi enim umbræ, quæ a terra, piramis tangit lunaris globi partẽ, & hanc pretergreditur, ut defectus plane probant, dum tota luna in terræ umbre piramidem incidit, manifeſtum quidem omnino qđ & in globis fuſum cœleſtibus lumen corruptibile eſt. Si enim circũambiens piramis aliam, atq; aliam lunaris globi partem occupat, neq; in hac ſolis lumen gigni ſinit, unde & lune obſcurationem, & defectionẽ fieri clare contingit, qđ & illic fuſum lumẽ corruptibile, nõ, ut inquit Proclus, incorruptibile eſt. Si. n. eadem uniuerſum eſt ſubſtãtia cœlum, corruptibile uero quod in uno, & in altero fuſum globo lumen demõſtratum eſt. Item & lunæ lumẽ, qđ a ſole accipit, gignitur, manifeſte & corrũpitur, ſubito quidem in lunæ defectibus, cæteris uero tẽporibus paulatim, manifeſtum quidẽ & quod in toto corruptibile erit cœlo, licet, quia ſuperioribus globis ſemper qđ illuminat, eſt pſens, cum nihil ad ipſos umbram trãſmittat: unum ac idem ſemper cõtinuitate uideatur lumen, quẽadmodum ſi & ignis corpora ſemp prope iacentia calefaceret, illuſtraretq;, uideretur ob alterationis continuitatem alterationi non obnoxia eſſe in aere ex igne edita caliditas, uel lumen.

Declarat ſimilitudinem luminis ad ſolem, cum ea, quæ eſt Dei, & mundi, falſam eſſe, e qua falſa probalitate mundi æternitatem probare nitebatur. Cap. VIII.

SI uero quis non corrũpi, quod in aere, lumẽ ſed una cum illuminãte circũuehi dixerit, maxime quidẽ nõ uera eiuſmodi exiſtimatio. quoniã & dum nebula ſubtercurrit ſolẽ, omne, quod intra eſt, opacatum eſt, lumine, qđ in aere prius erat, corrupto. at qui ſolis abſceſſio nulla facta eſt, quare & dum abſcedit, non circũuehit ſecum lumẽ, ſed ſi a quibus receſſerit locis, corruptum eſt, aliud uero in his, ad quos ſol accidit, locis, lumẽ gignit. Si uero omnino & aliquis una cũ ſole, quod in aere, uehi lumen cõceſſerit. planum qđ ab illuminante ſeparari nequibit, ſi uero hoc, forma utiq;, uel affectio ipſius illuminantis. Etenim & Platoni uidetur formam eſſe illuminãtis lumen, hoc cum perſuaſum fuerit, adhuc lõge abeo, qđ quęrimus: pcul ſimilitudo cadit: ſol nãq; uelut ab ipſo formam nactus iure inſeparabile habet lumen. a ſubiectis nãq; formę inſeparabiles. effectus uero, opificis ſubſtãtię formam non largiũtur. nõ itaq; ſol luminis auctor. nullum. n. ſubiectum eius auctor formę, & cauſa, qui in ipſo efficit formã. ſed & pprię affectionis, ac accidentis, nullum habẽtium. ſ. affectionem, & accidens, cauſa eſt efficiens. idem uero utiq; aliquis & cũ Plotino dixerit lumen eſſe illuminãtis actionẽ in alia pgredientem. Quãdoquidem preſente inquit, agente, adeſt actio, diſcedẽte uero una abiit. ſi. n. in aere lumen ſolis actio eſt, ſiue eius ſubam explet, ſiue non, ſiquidem ſubſtãtię expletiuã ſit, una ſemp cum ſole neceſſario eſt, quæ. n. ſubſtantias explere, ipſas deſerunt nunq. mũdus uero opificis ſubſtãtiam nõ explet, nõ igitur perinde ad deum mũdus, ac ad ſolem lumen, pſpectum habet. ſi uero luminis actio nõ eſſet ſolis cõpletiua, contingeret ſecũdum notionẽ, non eẽ eãdem, qđ fieri nequit. Si. n. exiſtunt perſpicua, uel ſimpliciter luminis receptiua, hæc, dũ nõ abeſt ſol, lumine qui illuſtrẽtur, haud fieri põt. Si. n. cum adeſt ſol, luminis nõ replerent ſplẽdore, neq; ſol eſt. Item ſi in aere lumen eſt ſolis actio, ipſam ſubſtãtiæ ſolis expletiuam eſſe neceſſe eſt. Si uero affectio aeris lumen eſt, quæ mihi oibus, quæ habentur de lumine, notionib9 uerior eſſe uidetur, alie ratio utiq; pſpicui, uel ſimpliciter ſuſceptiui eſt, ſic. n. & Ariſt. in libro. ſecũdo de anima declarauit. Oratio. n. ita habetur. lumẽ uero eſt huius actio perſpicui, qua p

ſpicuum, potētia uero in quibus id eſt, & tenebre, lumē uero uelut perſpicui color eſt, cum ſit
actu perſpicuū ab igne, uel eiuſmodi, quale corpus qđ ſuperius eſt. Etenim his id exiſtit unū,
ac idem. qđ igitur perſpicuū, & quod lumē dictum eſt. hæc quidem de lumine Ariſ. manife
ſte formam quādam, ac perfectionem pſpicui lumen eſſe affirmās. Si igitur in aere pſpicuū
eſt, atq; in aqua, ac ſimilibus, planū eſt eiuſmodi corporibus lumē afferre alteratione. hoc ue
ro cum ita ſe habeat, hoc qdem ut agat, hoc uero ut patiatur, ſi utriq; utrūq; aptū, idoneumq;
extiterit, cū ſit atq; pſentia fuerint, agēs, & patiēs, nō admirādū eſt, ptinus ſi alterū agat & al-
terū patiatur. qm̄ aeri, q potētia calidus eſt, ignis adherēs in ipſo alteratione īprimit, & actu
calidum efficit: ſi uero cū digreditur illuminans, aboletur & factū in aere lumē, non alienum
eſt. Etenim cū & ignis recedit, impſſa in aere caliditas ceſſat, uerū luminis feſtinantior corru-
ptio, & æque temporis puncto, ac eiuſdem generatio. ſi igitur ſol per alteratione perſpicuum
trāſmutat, deus autē ipſas ſubſtātias in lucem pducit, a generatione, & ipſius ſubſtantie pro-
ductione alteratio diuerſa eſt. uel demōſtrent in generatione ſimplici, hoc eſt in ea, quæ ſuba-
rum, una cum cauſa effectū ſimul exiſtere, uel & deū rerum molitorē nō eſſe cōcedāt, neq; ip-
ſarum ſubſtātias cōſtituere, ſed ſimul æternas ſolū alterare, haud aliter cauſam una cū effectu
hac ex re æternā demōſtrabunt. Si. n. alias, alia atq; alia in aere, ac in his, quæ lumē recipiūt, af
fectio eſt, neq; unum eſt in ipſis ad numerum pductum lumē, quādoquidem, ut demonſtra-
tum eſt, & Proclus ita ſentit, corruptibile eſt, nō unum ergo, & idē lumē una cū ſole ſimul exi-
ſtit, quēadmodum neq; cum igne una, ac eadem manēs ex ipſo in aere edita caliditas, ſi qdem
ſol unus, & ignis unus, in aere uero lumē æque, atq; caliditas, aliud, item atq; aliud fit. cū hæc
per demōſtrationem oſtēſa ſint, planū nullam ſilitudinem lumē, & ſolē habere, qua, ab æter-
no una cum opifice cauſa effectus ſimul exiſtere poſſint, demōſtretur. Procedet igitur ipſis ex
falſa ſimilitudine probabilitas, uel igitur ex effectibus quēpiam una cum ſuo opifici, & ipm
exiſtere demonſtrent, uel ſi omnia edita gignentibus, ſiue arte, ſiue natura cōſtiterint, ſunt tē-
pore poſteriora, hac de cauſa mūdum æque cum deo nō eſſe æternum neceſſe eſſe.

Procli ſucceſſoris ratio ſecunda.

SEcunda, ſi eſt mundi exemplar æternū, & id eſt quod quid erat eſſe, ipſi exemplari eſſe, &
nō per accidens, ſed per ſe hac pditus facultate eſt, ipſo eſſe, exēplar exiſtens, qm̄ æternum
eſt, eſſe utiq; perpetuo, eſt nimirum exēplar: ſi uero exemplari, ipſo eſſe perpetuitas adeſt, eſt
profecto & ſimulacrū neceſſario ſemp. Ad ſimulacrum. n. exemplar. ſi uero ſimulacrū non
erat, cum nō erat, neq; erit cum non erit ſimulacrū, ut nō & exemplar, uel non erat exemplar,
cum non exiſtebat ſimulacrū, uel non ſimulacri dicitur exemplar. eorum nāq;, quæ mutuo re
ferūtur, reliquum nō eſt, cum alterū nō ſit. ſi igitur exemplar perpetuo exemplar eſt, mūdus,
qui exemplaris, quod perpetuo eſt, ſimulacrum eſt, ſemper eſt.

*Quod ex duabus ſuppoſitionibus ſecunda Procli conſiſtit argumentatio, quarum altera quidem Pla-
tonica, quæ ad æternum exemplar factum eſſe aſſerit mundum, altera, quam ipſe Pro-
clus, quāuis non ſit Platonis, velut Platonicam ſuppoſuit, mūdi exemplar
in hoc eſſe habere, qđ ſit exemplar.* Cap. I.

Secundæ Procli rationis ſolutio.

PLatone ideas rerum, ac exēplaria ſupponēte, quæ faber, effectorq; mundi contēplans, mū
dum, & quæ in ſe omnia ſuo continet complexu, uelut a quibuſdā archetipis ſimulacra ef-
ficiat, atq; id mūdi exemplar æternum eſſe enuntiante, hoc Platonico Proclus pnūtiato utēs
ipſe, inſuper alterā adiecit ſuppōnem, idearum ſubſtātiam cōſtare, eo quod exemplaria ſint,
quod nunq̄ Plato dicere uidetur, ex his duabus ſuppōnibus, neceſſe mūdum ſempiternū eſſe
intulit. eorum certe, quæ ad aliqđ ſimulacrum, & exemplar, quæ uero ad aliqd uiciſſim ſe pe
rimunt, atq; cōſtituūt, ſi igitur eſt, inquit, æternum mūdi exemplar, & hoc eſt quod quid erat
eſſe ipſi, & ſuba, exemplari eſſe, & nō per aliud eius eſt eſſe, per aliud, exemplar eſſe. Exemplar
uero ſimulacri eſt exemplar, neceſſe eſt & ſimulacrū, cuius eſt exemplar, ideſt mūdum ſemp

eſſe.Si.n.ſimulacrum nō ſemper exiſtit,neq; exēplar erit æternum.ſi igitur alterum palam eſt Platonē aſſerere mundi exēplar æternū eſſe,& reliquū neceſſario cōcedit ſimulacrū exēplaris æterni mundum ſempiternum eſſe.ſecunda igitur ex Procli argumētatiōib⁹ eiuſmodi eſt.

Quod Ariſtotelis,& Plato in idearum ſuppoſitione aperte diſſentiant,Platone ideas rerum decernente,quarum Ariſtoteles ſuppoſitionem demolitur. Cap. II.

OPortet uero forte nos de rebus magis,& nō abſolute de Platonis ſuppoſitionibus orationem habētes,non prius huic pedem cōferētes rationi occurrere,quā,quæ īter ſe de ideis Philoſophi differunt,differētia diſſoluātur.Quis.n.ignorat quanta in hoc apud eos,qui coriphei ſunt Philoſophorū:pugna,ac diſcordia ſit.paſſim.n.in ſuis cōmentariis,quoties opportunū eſt,diſcipulus Platonis Ariſtoteles ſuppōnem ꝓceptoris,ꝑ uiribus rĕdarguit,ꝓcipue uero in ſciētia diuina maius Alpha uocatū concludit,de ipſis opinionē carpēs,in quo libro Platonis de rebus Philoſophiā enarrans,Socratis inquit doctrinę Platonē obtēperantem in opinionē de ideis incidere.dictio uero hoc pacto legitur.Poſt uero ꝓdictas Platonis acceſſit tractatio in plurimis qdem has ſequens,partē uero & propria ꝑter Italicorum philoſophiam habēs,a iuuene.n.primum qdem Cratilo amicitia uſus,& Heracliti opinionibus aſſuetus quaſi omnia quæ ſub ſenſum cadūt,ſemp fluerent,ac ſciētia de ipſis nō extaret,& quidem & poſterius hoc pacto ſuſpicatus eſt,cū Socrates circa moralia uerſaretur,de tota uero natura nihil.in his cum uniuerſale q̄reret,& primus de diffōnibus cōſtitueret,illorum ſniam amplexatus.propter eiuſmodi ſuſpicatus eſt quaſi de alteris hoc factū,& nō ſenſum mouētiū alicuius ſemper.Fieri.n.nequit,ut ſenſum mouētium,quæ in trāſmutatione ſemp ſunt,alicuius cōis definitio ſit,hoc pacto eiuſmodi rerū ideas nūcupauit ſenſum,mouētia uero ꝑter hac,& de his dici omnia.ſecūdum.n.participationē plurima ideis uniuoca eē.Manifeſte igitur ex his Ariſtotelem aſſerētem audiuimus,qđ Socrates primus uiæ,quæ de diffōnibus habetur: cōſtituēde operam nauās,& cōionem,quæ in his,quæ ſenſum mouēt,reperitur:indagās,ac diffiniens.ſ. quid eſt ſimpl'r ſciētia,uel in ſingulis ſciētiis quid in cōmuni cōſideretur aſtronomia,ſi cōtingerit,ac geometria,atq; reliqs,& quid honeſtū ſimpl'r,& iuſtū,& æque in omnibus eiuſmodi Socratis Plato amplectēs diſciplinam,opinione adductus eſt Socratē de quibuſdā alteris,& a ſenſum mouētibus ſeparatis orōnem habuiſſe,& nō de ipſis ſenſum ciētibus,& quæ in ipſis ſunt,cōitatibus.Heraclitū.n.ſequens inqt,opinionem,nullius eſſe mouētium ſenſum definitionem,q̄m neq; ſciētia,arbitratus eſt,eo qđ omnia in fluxu,ac mutatione eſſe habeāt,& mouētium ſenſum,nullū,ſtatum ac terminū habere.Hinc igitur in Timæo quæ īquit gignunt,& intereunt,& oīa ſenſum mouētia,uere nūq̄ exiſtentia,opinione uero cū ſenſu,rōne carente,& nō ſcientia comꝑhenſibilia.quāobrem cōium definitiones de qbuſdam ſeparabilibus ꝑter ſenſum mouētia cōſtituere Socrates arbitratus,ideas eſſe has ſenſum mouētium,ac exemplaria appellauit,quorū participatione,illis uniuoce,quæ ſenſum mouēt,eſſe nūcupata.Animal enim atq; aialis idea,& ip̄m quod ſentimus,dicitur aīal.pari rōne homo,& honeſtū,& iuſtū,atq; reliqua,ex quibus inſpicere maxime licet Ariſtotelē cōtra Platonē non aduerſus eos,qui male Platonē accipiunt,inſtare,ut iuniorū nōnulli fabulati ſunt,Philoſopho rū uerētes diſſenſionem aduerſus certe,quæ habētur de Platone,opiniones,cōtradictionem conſtituunt.Si.n.nō aduerſus Platonis de ideis decretū,pugnauit Ariſtoteles,ſed eos carpit,qui perperā Platonem,ut aiūt,intelligūt.primū quidem ip̄m hoc ante determinare debebat,& nō ſimpl'r,ac indiſtincte de ideis redarguere opinionē,ut certe in dictionibus,quas adduximus,nō Socratē,cōmunitates,quæ in ſenſum cientibus ſunt,definiētem,ſed Platonē,Socratem nō recte intelligētem reꝑhendit.inuenire,ꝑfecto quis poſſet ip̄m,& ubiq; ꝓpriis rōnibus hac doctrinæ rōne & uia incedētem.In naturalibus igitur tractationibus de initiis,ex quibus res cōſtant,maioribus naturæ indagatoribus cōtradicens,nō eſſe principia,& elemēta rerum ſuſtulit.at antiquorū de initiis refellens ſuppōnes,ita ſuam de his opinionē nos docuit.& in libris,quos inſcripſit de anima,eos,qui nō bene de anima ſenſere,carpens nō in uniuerſum aiam eſſe,ſed eo mō,ut illi opinati ſunt,eſſe deleuit.pari modo in rōnibus de incremento,& generatione,& tēpore,

pore,ac loco,atq; reliquis oībus, falſas primum de ſingulo quoq; opiniones pertinens,ita éas, quas ipſe ꝓbabat,ueras eſſe ſupponit. Oportebat igiť & in ratione,quã de ideis habuit. ſiquidem ipſas,ut Platoni uidetur,eſſe ſuſpicatus eſt,nõ de ipſis in uniuerſum ſuppõnẽ tollere, ſed docere quo quidẽ pacto falſe Platonis quidã doctrinã accipiunt. Etiã quo pacto de ipſis uera exiſtimatio ſit,qđ quidẽ minime feciſſe apparet,at cõtra redargutionibus,ac inſuper ubiq; forte de ipſis notionem carpens.cauillos adiecit. Species.n.inquit ualeãt,mõſtra enim ſunt in primo dicit de demõſtratione libro,hoc eſt ſolum uoces,& uerborũ ſtrepitus rerũ ſignificantia priuate. Item in alpha maiori diuine tractationis inanes eſſe ratiões & poeticas trãſlatiões de ipſis orationes enũtiauit,ſed & in his,quæ ꝓcedunt de moribus tractationẽ idẽtidẽ prius, in redargutionem ipſarũ deſcenſurus ob uenerationẽ qua ꝓceptorem ꝓſequebatur, cauſam expoſuit,ꝓdicens de his contra ipſam indagationẽ eſſe,eo quod ſit cõtra uirum amicũ Platonem,cur cõtradictionem moliri cogatur:ſed & ſi inquit amicus Plato,at piũ magis ꝓferre in honore ueritatem.at qui æquũ inquit Philoſophos nõ modo aliorum ſuppõnes pro ueritatis tutela,ſed & ꝓprias unumquẽq; refellere,niſi ueritati cõcordes quadrare inueniantur.oratio uero hoc pacto habetur. Vniuerſale uero forte melius conſiderare,ac dubitare quo pacto dicitur,& obuiãtes queſtioni facte,eo qđ uiri amici ſpecies introducunt,uidetur forte utiq; melius eſſe,& pro tuẽda ueritate oportere,& ꝓpria tollere ꝓſertim cum ſint philoſophi,amici.n. ambo cum ſint,ueritatẽ tamen ꝓponere piũ magis eſt,ac ipſe Proclus in multis aliis locis Philoſophorum diſcordiã egregie de ideis ſuppõnem ueritatis amore perſuaſus,confeſſus eſt. In rõne igitur,quã inſcripſit,cõſideratio Ariſtotelis cõtradictionum aduerſus Platonis Timæũ, hac in primo capite ad uerbum inquit. Ariſtoteles uero & ipm exẽplaris nomen moleſte fert, ipm translatitium aſſerens,ac multo magis aduerſus decretum pugnat, qđ ſimpliciter ideas introducit,& maximè aduerſus ipm animal,ut in ſcientia diuina ſcripſit,ac periclitatur nihil æque uir ille in refellendo ea,quæ Platoni placuit,ac idearum ſuppõnem,non modo in logicis ſpecies mõſtra uocans,ſed & in ethicis cõtra ipm bonum pugnãs,necnon in naturalib9,ut in his,quos cõſcripſit de generatione,& corruptione libris,ac multo magis in ſcientia diuina generationes ad ipſas ideas referendas minime iudicãs,tãq̃ de principiis tractãs,& lõgas idearum accuſationes,& in primis,& mediis,ac poſtremis tractationis illius intẽdens,& in dialogis clara ꝓrumpit uoce,non poſſe huic decreto aſſentiri,q̃uis ipſum aliquis ambitioſe, & contentioſe cõtradicere putet.ita & Proclus philoſophoꝝ diſſenſionem clara uoce faſſus eſt, potius uero ex Ariſtotelis uerbis demõſtrauit,e quibus nimiam eorum aliquis,qui nitũtur magnopere in hoc Ariſtotelẽ,& Platonem cõcordes demõſtrare,impudentiã admirari poterit. Cur ergo nõ erit ſupuacaneum,nos,argumento ex ſuppõne ſumpto,quæ tãtã apud coriphæos philoſophorum habeat ambiguitatem,moliri cõtradictionem?cõſequenter.n.poſteriores illis,ſue ſecte principes ſecuti ſunt.uerũtamen,ut nõ euadere redargutiões uideamur,ꝓſertim cum & Platoni de mundi generatione fauere ꝓfeſſi ſumus,de ideis opinioni eius cõcedentes, reliquum eſt,ut uideamus an recte Proclus accipit qđ id eſt,quod quid erat eſſe ideis, exemplaria eſſe. Si.n.hoc falſo acceptum rephẽdi poſſet,nõ amplius ex idearum ſuppõne mundũ ab æterno proprio ſubſtitiſſe exemplari Proclus concludere ualebit,neq; Platonẽ,quia ideas ſuppoſuit,& mũdũ æternũ eẽ exiſtimãs eẽ,initiũ uero hinc nobis redargutionũ tale oboriať.

Quod & ſi aliquis veram de ideis ſuppoſitionem eſſe admiſerit,non ꝓpterea,q̃uis illud eſt verum,vt Proclus cenſet,in hoc ipſas eſſentiam habere,quod ſint exemplaria,Platone ipſas eſſe ſubſtantias aſſerente. Cap. III.

IDeas eorum,quæ ſenſum mouent,ſiue exemplaria,uel ſubſtãtias,uel nõ ſubſtãtias eſſe,eſt neceſſe,ſiquidẽ,ut Platoni placet ſubſtãtiæ ſint,non.n.modo ſubſtãtias,ſed & primas ipas eſſe ſubſtãtias aſſerit,quãdoquidem ipm animal,& totum ꝑfectum animal mundi uocat exẽplar,& qđ uere eſt,& ſemper,& eodem ſtatu,atq; nõ diſſimilr ſe habet,& ſecus.ſi exemplaris ſimulacrum per ſe ſubſiſtẽs,ac ſubſtãtia eſt,lõge magis ipm exemplar ſubſtãtia,& per ſe ſub-

ſiſtens erit, ſi igitur ſubſtātiæ ſint ſpẽs, planũ qđ in habitudine, quæ ad alterũ, nõ eſt opus earum eſſentiã, ut ſubſiſtãt, eſſe habere, ſubſtãtia.n.res quædã per ſe ſubſiſtẽs, ac alio nullo indiga eſt. Si igitur quæ ſenſum mouent, ſubſtãtie, & illarum ſimulacra ipſa per ſeipſa ſubſtiterit, nõ in habitudine, quæ eſt ad aliud, eſſe habentia, minime, prime, quæ ſunt & ſemp eodem ſtatu, & ſimilr̃ ſe habent, in habitudine, quæ ad aliud eſt, eſſe habebunt. ſi itaq; mũdi exẽplar ſubſtantia eſt, quare per ſe, & nõ in habitudine, quæ ad aliud eſt, eſſentiã habet. Si uero nõ in habitudine, quæ refertur ad aliud, eſſe habet, nõ igitur id eſt ipſi, qđ quid erat eſſe, exẽplari eſſe, ſiquidem exemplar, ut ipſe inquit Proclus, eorum eſt, quæ ad aliquid. Ad ſimulacrũ.n.exemplar, eorũ uero, quæ ad aliquid, nulla ſubſtãtia. Item, ſi eoꝝ quæ ad aliquid, ut Proclo uidet͛, ideæ ſunt, & id eſt ipſis qđ quid erat eſſe, in habitudine eſſe, quæ eoꝝ eſt, quæ ſenſum mouẽt, quoꝝ ſunt exemplaria, ut dextro ad ſiniſtrũ, & domino ad ſeruũ, quæ uero ad aliqd ſunt, nõ ſubſtãtiæ. Accidentia.n.quæ ſunt ad aliquid, ſunt, quatenus ad aliqd ſunt. non igitur ſubſtantiæ, ſed accidentia ideæ ſunt, at ipſas eſſe ſubſtãtias ſuppoſitum eſt, nõ igitur eorũ, quæ ad aliquid, exemplar uero ex his, quæ ad aliquid. nõ igitur id eſt qđ quid erat eſſe, mundi exemplari, exemplari eſſe, & ad ſimulacrum mũdum, eſſe habere. Præterea ſi ideæ ſunt eorũ, quæ ad aliquid, quæ uero ad aliquid ſunt, ꝓpriã non habere ſubam, ſed in aliis. ut in ꝑdicamentis demõſtratum eſt, eſſe habent. aut.n.in ſubſtantia, ut pater, & filius, & dominus, & ſeruus, hominis nãq; ſubſtãtiæ, horum habitudo accidit. aut in quãtitate, ut multum, et paucũ, maius, et minus, duplũ, & dimidium. aut in qualitate, ut albius, & dulcius, & ſapientius, aut in horũ aliquo, neceſſe quidem, & ideas, ſiquidẽ ex his, quæ ad aliquid ſunt, in altero aliquo ſubiecto ſubſiſtere, nõ diſſimili rõne & mũdum. Et.n.ipſe eorum, quæ ad aliqd ſunt, eſt. ut nãq; mũdi exẽplar in eo, qđ eſt exemplar, ſubſtãtiam habet. ita ꝑfecto & exemplaris ſimulacrũ neceſſe mũdum, quatenus ſimulacrũ eſt, eſſe habere. ſimulacrũ uero eorũ, quæ ad aliquid, eſt, & mundus igitur, ſecũdum ipm eſſe, eorum, quæ ad aliquid erit, id uero cum hoc pacto ſe habeat, ideas, & mundum nõ ſubſtãtias, ſed accidentia eſſe neceſſe eſt, at ipſas eſſe ſubſtantias ſuppoſitũ eſt, et mũdus ſubſtãtia eſt, nõ igitur eorum, quæ ad aliquid, ſunt. Amplius quæ ad aliquid ſunt, ad oppoſita reducũtur nulla uera ſubſtãtia oppõnem habet, non igitur ex his, quæ ad aliquid ſunt, ſubſtantiæ ſunt, ſpẽs uero ſubſtantiæ, non igitur ad aliquid ſpecies ſunt. exẽplar uero, ut dictum eſt, ex his, quæ ad aliquid. ad ſimulacrum.n.exemplar, non igitur in hoc formarũ eẽ, eſt exemplaria ut ſint, itaq; neceſſe, ſiquidem ſunt ſubſtãtiæ, ſecundum aliud quid ipſis exiſtere eſſe, ſecundum aliud uero exemplaribus eſſe.

Quod ſi id eſt quo quid erat eſſe mundi ideæ aliquam ut ſit exemplar, nulla amplius relinquitur neceſsitas, cum ſit exemplar æternum, ad quod factus eſt mundus, & mundum ſemper eſſe. Cap. IIII.

SI uero non eo qđ exemplaria ſunt, eſſe, ac ſubſiſtẽtiam ſpecies habent, nõ neceſſe, ſi ſpecies ad quam mundus factus eſt, æterna ſit, & mundum ſemp eſſe, ut.n.ciuilis fœlicitatis exemplarem eſſe hoĩem, & mundum aſſerit Plato, & ad ordinem, qui in hoc, uere ciuilem reſpicientem. ita ciuitatis res cõſtanti ordine adminiſtrare. & qm̃ non in hoc cœli cõſiſtit ſubſtantia, ut ciuilis ſit exemplar fœlicitatis, nõ neceſſe, ſi in cœlo ordo cõſiſtat, protinus & huius eſſe ſimulacrum. Dico quidem ciuitatem fœlicem, ſic ꝑfecto & ſi ideæ æterne ſunt, qm̃ in hoc non eſt ipſis eſſe, ut exẽplaria ſint, ſiquidem ſubſtãtiæ ſunt, & nõ ad aliquid, nõ neceſſe omnino. Et harum ſimulacra, ſenſum dico cientias ſemp ſubſtãtias eſſe. Neceſſarium.n.in his conuerſio modo habetur, exiſtente ſimulacro, neceſſe eſſe & exemplar, nõ porro, & exemplar ſit, non qua exẽplar, ſed qua ſubſtãtia, quoq;, & ſimulacrũ eſſe neceſſe. qm̃ & regie imaginis ipſe Rex exẽplar eſt, ſed nõ neceſſe ſimul, atq; Rex eſt, & eius imaginem eſſe. qm̃ ſecundum aliud quid eſt Regi, quatenus Rex homo eſt, ſecũdum aliud quid eſſe imaginis exemplari. Cum.n.ut exemplar, tunc prorſus & imago ſimul. perinde eſt ac cum efficitur pater, omnino & filius una intelligitur. nõ quidem ſimul ac Rex eſt, ſtatim imaginis eſt exemplar. quẽadmodum non, ſimul,

atque

atque aliquis eſt homo, continuo eſt, & pater, & dominus, aut dexter, aut quid eorum, quæ referuntur ad aliquid.

Quod ſi & non ſubſtantias eſſe aliquis ideas ſupponeret, ſed rationes effectrices quibus res factæ ſunt, neq; ita neceſſe eſt ſimul cum rationibus effectricibus eſſe & effectus, coram potius res, de quibus habentur, & ſunt rationes, ipſe p̄cedant neceſſe eſt in quo quod & uſq; ad indiuidua dei efficientia & notio pertendit. Cap. V.

HAec quidem igitur, ſi ſubſtantię eſſe ſupponātur ideæ, qđ quidem Platoni minime placet. ſi uero nō ſubſtantias, ſed quaſdam motricis rōnes, ac notiōes ipſas eſſe aſſerunt, quibus opifex ea, quæ ſunt, cōſtituit, quid.n. ſane, ſi ſubſtantię non eſſent, aliud eſſe poſſent? neq; ſic illa euidens patet neceſſitas omnino, ut effectus una cum rōnibus effectricibus, quibus ipſi abſoluuntur, ꝓficiunturque effectus, exiſtant. conuertēdum nāq; eſſe ordinem eſt neceſſariū. Opera.n, cum ſint, & rationes, quibus hæc effecta ſunt, eſſe penitus neceſſarium eſt. ratiōes ꝑfecto prorſus res non ſequuntur, qm̄ & nauis fabricatorem & ædium ædificatorem contingit nauis alicuius, aut ædium rōnibus præditum, nōdum ſecundum ipſas agere. eiuſmodi nāque rationibus, eo qđ ipſe ſint notiones quædam, eſſe conſtitit, ipſas uero ſequitur, cum ꝑ eas opifex agit, ut exemplaria ſint. Si igitur non protinus effectrices rōnes, & quæ per ipſas gignuntur, opera ſequuntur. nihil impedit, quin mundi effectrices rōnes ſint æternæ, & mundus minime ſit perpetuus. quod uero una cum rationibus res, quarum ſunt rōnes, exiſtere nō neceſſe eſſe, cōtrarium potius, rōnes antecedere res, hinc utiq; diſcere poteris. futuri accuratā p̄notionem deum ſcire nemo unus utiq; negaret, & apud græcos ubiq; locorū uaticinia, & reſpōſa cōſtituta ſunt, ueram dei p̄cognitionem prauo reſpōdente dæmone, at profecto, & quæ ex deo, ꝓuidentia res omnes frui, & non fortuito perperam ꝑſpecta euenire cōmunis oīum conſenſus eſt, quo uis modo dei bonitatem, ac potentiam, quā uerbis explicare non ualemus, cognoſcētium. non diſſidere in his a nobis et Proclus imo eadē, in ratione, quā de decem aduerſus ꝓuidentiam edidit ambiguitatibus, diſſerere uidetur. in illa nāq; hæc diſſerit. prouidētia quidem, ut dictum eſt, ſecūdum unum, & bonū determinata, & cum bonū ante mētē exiſtat. Mens.n. appetit bonum. eteni res omnes, & nō mētem bonum, neceſſe & p̄cognitiuam cognitionem intellectiua eminētiorem eſſe, & ſic ꝓfecto prouidentia ſua unitate oīa cognoſcere, q̄tenus omnia reddit bona, quæ intellectu ſunt p̄dita & non uiuētia, ac ea, quæ ſunt, & quæ nō ſunt oībus tribuens unum, qđ ſuam repreſentet unitatem. & paulo poſt. Sūmatim igitur dicentes oīum illud unum ꝓductiuum, oīum conſeruātium eſſe aſſerimus, omni ſubſtantia ueriorem habens ſubſtātiam, & omni cognitione illuſtriorem, nō diuiſum cognoſcibilibus neq; in ipſis motum. Horum.n. animalis, & intellectiua cognitio habet ꝓprietates. quādoquidem mens omnis una, ac multa eſt, tum eſſe ipſo, tum intelligendo. & anima omnis motio exiſtit, ac cum motione intelligit, illud uero in unitate manēs in mobile ſimul, & impartibili, ac modo omnia eodē cognoſcit, & non hoīem modo, & ſolem, & omne qđ uis eiuſmodi, ſed ſingularium qđlibet. Nihil.n. fugit illud unum, licet eſſe, aut cognoſcere dixeris. & paucis interpoſitis. ſic & ſingularis ꝓuidentię cognitio in ipſo impartibili, oīum eſt, quæ diſcreta ſunt, cognitio indiuiduorum cuiuſq; & uniuerſalium admodum, ac ut ſingulum cōſtituit ſecūdum unū, ita & ſingulum ſecūdum unum cognoſcit. qm̄ quidem prima cunctorū cauſa, quæ ab oībus appetibilis eſt, id uero eſt bonum, & unum. Hoc.n. ſolo primum deſignāt. ſiquidē de illo omnino quippiam affirmare opus eſt. & ipſa rerum ꝓducit indiuidua, & cognoſcit, & ad omnia ſuam ꝓtendit ꝓuidentiam. plane Proclum audiuimus dicentē. Et Plotinus philoſophus in libro de intelligibilibus, ſeu de bono, de effectrice, & p̄cognitrice dei potentia nō diſſimilia ita diſſerens dixit. at uero ſi oportet ſingulā actionem nō imperfectā eſſe, neq; phas dei aliud qđ putare, quā uniuerſum, & omne, oportet in quo uis eius oīa exiſtere. oportet igitur qđ et ſemper eſt eſſe, eſt perinde neceſſarium, & futurum, ut iā p̄ſens eſſe, neq; poſterius quidem qđ in illo, ſed illud iam ille p̄ſens, in alio poſterius fit. Si igitur iam futurum adeſt, neceſſe ſic adeſſe,

ut ꝑintellectum in poſterius,hoc uero eſt,ut tunc indigeat nullo,id eſt nihil deſit , omnia igiť
iam erãt,& ſemper erant,& ſic erant,ut dicere liceat,poſterius hoc ꝓpter hoc , extenſum.n.&
uelut explicatum poteſt demõſtrare,hoc,poſt hoc.ſimul uero omne exiſtẽs,unum hoc,id eſt
in ſeipſo habens & unũ:& cauſam.Plotinus igitur nõ modo quæ ſunt,ſed quæ ſunt futura , iã
adeſſe deo ꝑcognitione,& quæ nõdum ſunt,ut ꝑſentia deo adſunt.Quippe modnm,quo, fu-
turorum ſingulum erit,& quibus rõnibus gignetur,nouit,& genitorũ unũquodq; quibus ra-
tionibus ſecũdum ſingulam cuiuſq; uitæ electionem a ꝓuidentia,quæ falli nequit,conſequẽ-
tia habebit.Omnia.n.inquit Plotinus iam erant,& ſemp erãt.hæc.n.dictio iam declarat hoc
prius,quã gignantur,ꝑſentia adeſſe deo,poſterius futura,& ut hanc dictionem iã quiſpiã ali
cuius initii nõ habere ſignificãtiam putet,intulit.& ſemper erãt,& ſic inquit erãt,ut dicere po
ſterius hoc uero ꝓpter hoc,hoc eſt,quorum cauſas generationis poſt ſubſiſtẽtiam nos intelli
gimus.Quod forte ꝓpter rationis actionem ſolum aĩalium,quæ hic ſunt,manibus utitur ho
mo,inſtrumenta rõni opifice manus fabricante.id igiť nos poſtq̃ manus facte ſunt cognoui-
mus.Hoc uero ꝓpter hoc,ſemper in cognitione dei ante cõſtitit.& non modo in uniuerſis ſpe
ciebus,ſed & in his quæ unicuiq; priuatim accidunt eadem rõ.Exponens ergo ſeipm , intulit,
extẽſum.n.inquit,ac uelut explicatũ demõſtrare poteſt,hoc poſt hoc,hoc eſt in generatiõem
deductum,qđ forte poſt elementoꝝ complexum compactio,& alterario fit,deide formatio,
poſtea animatio,& pari in omnibus rõne,ſimul uero exiſtẽs inquit omne hoc,hoc uero eſt in
ſeipſo cauſam habẽs,ſimul uero inquit pro hoc,in dei ꝑcognitione.Impartibiľr.n.in illa cun
ctorum rationes ꝑſentes adſunt.hæc ergo de ꝑcognitione,ac præuidenti dei potentia,cum ex
notionibus,tum ex philoſophis,quoꝝ mentionem fecimus,demõſtrata ſunt,quinimo,& quo
nãmodo de fato notio habeať,differentes nãq; de hoc habentur opiniões . omnes fututorum
eſſe comꝑhenſim cauſas ſub unum a principio tẽpus ualentes hæc ante ꝑſignificare,uel & ꝑ-
ficere a græcoꝝ pueris creditum eſt.His igitur nobis ante conceſſis ſecũdum utrãq; opinio-
nem neceſſitas omnis,quæ de ꝓuidentia eſt,aio & quæ de futurorum fato , rationes ꝑcogno-
ſci,ac ꝑexiſtere,hoc uero cum ſic ſe habeat,nemini dubium,quin res una cum rõnibus eorũ,
quæ ꝓducuntur in lucem per generationem,& cauſis exiſtere,ſit neceſſe cõtra uero , cuncta,
quæ per generationem ædũtur,rationes,ex his,quæ demõſtrauimus ꝑcedere, eſt neceſſariũ,
quãobrem & ſi rerum ideæ,& exemplaria notione quædã opificis,ac rationes ſunt, quib⁹ mũ
dum ꝓduxit, ab æterno,una cum cognitione dei,quã de mũdo habet,mundũ ipſum prorſus
una exiſtere non eſt neceſſe,neq; igitur ratio ulla Platonem,quia mũdi exemplar, æternũ eſſe
aſſerit,& mũdũ ſemp cẽ ſupponere cogit.demr̃atũ.n.nõ cẽ in hoc ideis cẽ,ut ſint exẽplaria.

Procli ſucceſſoris ratio tertia.

TErtia. ſi opifex alicuius ẽ opifex,ſiue actu opifex erit ſemp,ſiue potẽtia aliquãdo nõ ſem-
per operans.ſiquidem actu opifex,ſemp opifex,& opificium ſemp actu erit opificiũ. Cũ
enim cauſa inquit Ariſtoteles actu ſit,pari ratione & effectus actu erit,ſi ædificator,ædes,ſi ſa
nans,qđ conualeſcit.Et Plato in Philebo quod agens,alicuius,quod fit,agens eſt.at nõ gene-
rabilis agens,neq; facti effectiuum.Si uero effectus nõ actu,neq; effector actu erit,ſi nõ actu,
potentia erit factiuum,anteq̃ agat,omne uero qđ potentia exiſtens,inquit ipſe,de actu exiſtẽ
te , qđ eſt, id q̃ potentia eſt,fit actu.potentia calidum ab actu calido,& frigidum,& album,
& nigrum.Erit igitur opifex potẽtia exiſtens prius alio quodã actu opifice,& hunc efficiente
actu opificem, qui potẽtia prius,quãdoquidem ille ſemp actu cauſa,ut is ſit opifex & hic pro
pter dignitatem priorem,quæ aſſerit,cum actu cauſa ſit,& effectus actu eſt, quãobrem opifi
ciũ ſemper eſt.Si uero & ille potentia aliquãdo cauſa,ut efficiat effectorem agere,rurſus ipſe
alio indigebit,ut efficiat ipm actu agere,ut opifex agat,ꝓpter ſecũdum ꝓloquium,qđ aſſerit,
potentia omne indigere aliquo actu,ut actu fiat.Et item eadem in hoc ratio.& uel in infinitũ
aſcendemus aliam,ante aliam,querẽtes cauſam eius ꝓpoſite,quæ eſt potentia,cauſæ, ut actu
ſit,uel deueniemus,ut cõcedamus aliquam ſemp actu eſſe cauſam,hoc uero cõceſſo,ſequitur,
& ſemp actu effectus eſſe,& mũdum ſemper eſſe factum.ſiquidem & opificem ſemp opificẽ

propter

propter duas demonſtratum eſt dignitates,una quidem,quẽadmodum ſe habet eoꝝ,quæ ad aliquid,alterum,ita & reliquũ habere,ſiquidem potentia,potentia,ſi uero actu,actu.alteram uero quod potentia exiſtit,mutatur in alterum actu,ab aliquo quod actu exiſtit,quidem potentia prius,actu uero poſterius.

Solutio Rationis Tertiæ.

Quod pene vocis equabilitatem potentie,& actus in his fallaciã Proclus nexuit. Cap. I.

CAptioſa philoſophi argumentatio eſt.at qui oportebat eũ,qui decus philoſophiæ,ac modeſtiam laudibus effert,& ad dialectices ſubtilitatis ſumum acceſſit.ac de tantis ſpeculatur rebus,non ſic equiuocationibus nos.quẽadmodum cauillatores pueros,fallere,ſed in ueritatis tutelam incũbere,equiuocas uoces.ſ.potẽtiam,& actum in differẽtes partiri ſignificãtias,ꝑcipereq; in utra potentie ſignificatione,alterum expoſitis ab ipſo ꝓloquiis cõceſſum ſit,in utra item actus,alterũ,deinde ſingulum ſignificatoꝝ eorum,quæ de potẽtia,& actu,in effectore ſuppoſitum,& quæ ſequũtur ſingulam quãq; ſuppõnem contemplari. Nos igitur ꝓpoſitum habentes unum,ueritatis.ſ.inuẽtionem,ac dialecticas regulas ſequẽtes,prius hæc nomina potentia,& actus indifferentes diuidamus ſignificatus,deinde ſic.quonãmodo ueritas in ꝓnuntiatis a philoſopho poſitis inſit,intelligimus.Tertiũ conflauit argumẽtũ,ꝓpter eos,qui eiuſmodi rõnum ſunt ex partes.fieri nequit,quin plurib⁹ notio potẽtiæ,& actus tradaẽ.

Expoſitio differentium ſignificatorum actus & potentie. Cap. II.

POtentiam igitur,& actum biſariã accipi,tum accurate Ariſtoteles docuit,tum omnes nõ diffiteri,nõ eſt ignorãdum.uno nãq; modo potentia id,qđ naturalem ad aliquid agendũ quãdam habet aptitudinẽ,ut puerum potẽtia aſſerimus grãmaticum eſſe.Apta.n.natura,ut congruo tempore grãmatices imbuatur ſpeculationibus.Hæc igitur una eius,qđ in potentia eſt,ſignificatio,quæ & prima potẽtia uocatur,quæ aptitudo quædã eſt.cum uero quis grammaticalium ſpeculationum habitu ꝑditus fuerit,ipſarum quidem in anima ſcientiam habet,cum ſe in ipſis minime exerceat,neq; in harũ ſpeculationem ingreditur,aut forte edẽs,aut in aliis mẽtem exercens,aut nolẽs,is quidẽ & potentia dicitur eſſe grãmaticus,at ſecus,ac prior,ille.n.ſpeculationum habitu carebat,ſolum,quia aptã idoneamq; naturã nactus erat,potẽtia grãmaticus eſſe dicebatur.uocatur uero & eiuſmodi ſignificatio,ſecũda potentia,& ſecundũ habitum potentia.Hæc autem ipſa ſecũda,& potentia ſecũdum habitum uocata,& actus primus nũcupatur.Vt.n.ad primã potentiæ ſignificationẽ,quæ eſt ſecũdum naturalem aptitudinem,quã habens,eo qđ,ut ſpeculationes recipiat,apte natus,potentia grãmaticus dicebatur,an qui iam ſpeculationũ habitum aſſequutus ſit,utiq; actu grãmaticus,quia iam actu habitum poſſedit,ſed qm̃ eſt aliquis,& alter actus,quo iam grãmaticus in ſpeculationis actũ ꝓrumpit,aut alterum docens,aut ſeipm̃ exercens,ut ad hunc iam actu,dicitur,qđ quidem dixi,qui ſpeculationum habet ſolũ habitum,potentia eſſe grãmaticus,potentiam uero dico.ſecũdum ſignificationem ſecundã.idem igitur ſic qui habitũ ſpeculationum grãmaticarum ſolum habet,nõ operans ſecundum ipm̃,cum potẽtia,tum actu grãmaticus diciẽ,potentia quidem,ut ad actum refertur ſecundum,quo docẽs ſpeculationes tractat.actu uero,ut primam reſpicit aptitudinem,qua nondum ſpeculationum habitum acquiſierat uelut aliquando adipiſci ualens,potentia dicebatur eſſe grammaticus.

Quod cauſam ſecundum habitum,quę quidem eſt prima actus ſignificatio,non neceſſarium eſt omnino & effectum ſecundum actum ſequi,vnde accidit ſemper ſecundum habitum eſſe deum opificẽ,non autem mundum ſemper eſſe. Cap. III.

HIs ita conſtitutis,& eo,quod eſt in potẽtia,necnon eo,quod in actu,biſariam dicto,& ſecunda potentiæ ſignificatione in idem cum prima actus cõſpirante,& ꝓnuntiatorũ primum,quod aſſerit,cum actu cauſa ſit,pari rõne,& actu effectus erit in ſola ſecunda actu ſigni

ficantia uerum eſt,non in priori,quæ & ſecũda uocatur.ſ.potentiæ ſignificantia,cum præceptor iam docet,& eũ,qui docetur,eſſe neceſſe eſt,& ſi ædificator ædes extruit,neceſſe & ædes eſſe,in priori uero actus ſignificatione dignitas ueritatẽ minime cõtinet.fieri.n.poteſt ut ædificator habitum ædificandi habeat,quãuis non ædificet.Et is qui doctrinæ habitu præditus eſt,nõ doceat,quãobrem cum cauſa actu ſit,dico uero cum habitum hẽat ædificator,uel ꝑceptor,effectus prorſus non erit,hoc eſt domus,uel is,qui docetur,poterã quidem certe & ꝑſtãtiſſimos philoſophos eadem nobis fere aduerbum diſſereres,adducere,necnõ alios,ac Alexãdrum Ariſtotelis expoſitorem in cõmentariis,quos edidit in ſcientiam demonſtratiuam,cum uero rõ perſpicua ſit,talis nunc miſſos faciã.prima qdẽ dignitas hoc pacto uera deꝑhẽdit̃.

Quod ex ſecunda potentia quæ eſt ſecũdum habitum,quæ quidem & primus eſt actus in ſecundum actũ ꝓficiſcens non indiget aliquo alio,q. ab habitu in actũ ipm ducat. Cap.IIII.

SEcundum ꝓnuntiatum dicens.quod in potentia,cum in actum reducit̃,neceſſe omnino ab aliquo altero,qđ actu tale ſit,quale ipſum eſt potentia,mutari,& in actum promoueri in priori ſolum potentia locum habet.Puer.n.potentia grãmaticus ab eo,qui actu eſt grãmaticus,mutatur,ut actu ſit grãmaticus,& aqua,cum potentia calida ſit,mutatur ab igne forte,uel ſimpliciter ab aliquo actu calido,& fit actu calida,nõ item in eo quod eſt in potentia ſecũda ſignificatione hæc dignitas uera reperitur,quãdoquidem qui ſpeculationũ habitu grãmaticalium ꝑditus eſt,& hac dictus potentia grãmaticus,cum ex hac potentia,in ſecũdum uocatum actum mutatur,quo iam ſpeculationes aggreditur,nõ ab altero.qui actu grãmaticus ſit,mutatur,ſed ipſe a ſeipſo imediate ex nõ agere ad agẽdum mutatur,& in omnibus ratio eadẽ.His igitur clare,accurateq́; a nobis diiudicatis,ad ꝓpoſitum accedamus in primoq́; ipſa philoſophi uerba referamus.

Enarratio dictionum Procli & earum oſtenſio,quia indiſtincte ſumit potentiæ & actus ſignificantiã,ſtruxit fallaciam,in quo quia actu ſecũdum habitum Deus eſt opifex nec neceſſario ſecũ ſimul eſſe non æterno mundum inducit,nec alio indigebit opifice,qui ab habitu ipſum ad actum ducat. Cap. V.

SI ſecũdum actum inquit effector ſemper effector,& effectus ſemp actu erit effectus.cum enim inquit Ariſtoteles,cauſa ſit actu,erit & effectus ſic actu,uide quomodo non prius definit quali actus ſignificatione ſupponit effectorem actu eſſe effectorẽ,ſed ſimpl̃r,ac indiſtincte actu cauſam aſſerit,effectum,qui actu eſt,ſequi,ut dignitas,quæ in aliquo ſignificatu eorum,quæ actu ſunt,uera eſt,in uniuerſum de eo,qđ actu eſſe dicitur,ꝑdicetur:qđ falſum eſſe demõſtrauimus,cum in ſola ſignificatione actus ſecũda locum habeat.Si igitur nos deũ ſemper ſecũdum habitum molitorem,effectoremq́; actu ſupponimus,quæ quidem eſt ſignificatio actus prima,quæ item neceſſitas,cum deus hoc modo actus ſit,ſemp opifex,& mũdũ eſſe ſemper.hoc uero captioſe machinatus eſt Philoſophus,ut nobis mũdum ſempiternum eſſe negãtibus,ſtatim in uniuerſum,& deum ſemp opificem eſſe demoliatur,cum cõceſſum uero ſit priuſq̃ operetur,nullo actus modo deum eſſe opificẽ,cõſequenter ipm potentia eſſe opificem ſecũdum primum potẽtię ſignificatum inferat.Audi igitur qualia intulit.ſi uero effectus inqt actu non ſit,neq; actu erit effector.Cõſidera item quomodo ꝓmiſcue actu utatur.nõ adiiciẽs quali actus ſignificatione poſita dignitas uera deꝑhendatur.Planum qđ in ſecunda actus ſignificatione uera eſſe deꝑhenditur,nequaq̃ in prima,nihil.n.uetat,ædes cum actu non exiſtant,quin ædificator actu,qui eſt ſecũdum habitum,ſit ædificator,equidem & ſi domum nõ ædificet.habitum habet.nõ diſſimiliter & medicus quãuis non medeatur,neq; uero domum extruere põt actu,neq; mederi,niſi prorſus & qđ ædificatur,& cui medetur,extiterit.quod uero uerum ſit,equiuocatione fallere ſatagẽtem,non prius differẽtes eius,qđ in potentia,atque actu,diſtinxiſſe ſignificationes,ut,quẽadmodum aſſerui,cum nos non ſemp mũdum eſſe dicamus,nullo pacto deum actu opificem eſſe inferat,anteq̃ mũdum crearit,ſed potentia ſecũ-

dum primam potentiæ ſignificationem ex his, quæ intulit, latere nō pōt. Si.n.inquit nō actu prius, quā efficiat, potentia erit efficiens, ac moliens, omne uero qđ aliquid potētia exiſtēs ab eo, quod actu eſt, qđ eſt, id potentia, fit actu. potētia calidum ab eo, qđ actu calidum, & frigidum, & album, & nigrum. Erit igitur & opifex actu opifex, potētia prius exiſtens, aliquo alio actu opifice, & hūc actu opificem, qui erat prius potētia, conſtituente. Aduerte igitur qđ aſſeruimus, quo pacto deum actu eſſem opificem perimēs, eo qđ actu nō ſit mundus, ſtatim intulit ipſum potētia ſecūdum primam potētie ſignificationem, uelut omni eorum, quæ dicuntur actu, ſignificatione ſublata, alio igitur opus eſt opifice, qui & hunc, qui prius erat potētia, actu opificem, cōſtituat, qđ quidem non ei, qui habitum habet, ſed qui ſolam aptitudinem, euenire demōſtrauimus. at qui & ſi actu nō ſubſiſtat mundus, non ꝓtinus & opificem eſſe ſecūdum primam potētie ſignificationem opificem infertur. Cōtingit.n.ut aſſerui, & eum, qui habitū habet, hoc eſt ſecūdum primam actus ſignificationē, inferri, ſed Philoſophus cauillatorie ſecūdum priorem potentie ſignificationem intulit. Dico quidē indigere eo, qđ actu tale, quale ipſum potentia eſt, ut in actu feratur. ipſe ſimpl'r ac indiſtincte eum, qui potentiam ſequi aſſerit, deinceps ſecūdum qđ ſequitur, longas conſuit nugas, opificem opifici aggregans, & primam ſtultam ſuppōnem, deinceps quæ ſubſequūtur, concludens. ſed, qm̄ nemo etiam quorum uis modo mente ꝑditus ſit, ſecūdum priorem potētiæ ſignificationem ante deum opificem, quā moliretur, efficeretq; aſſereret. hoc initio ſtolido ſublato, omnis rōcinationū Philoſophi teſtura aranearum ducatur. Habitu.n.prius deus, quā efficiat, opifex exiſtens non altero, per quē in actum migret, indigebit, neq; quia hic actu opifex eſt, iam ꝓpter hoc, & mundus una cū eo perpetuitatem habere iuducitur. Non.n.omnino, ſi ædificator ſecūdum habitū exiſtit, & domus erit, neq; cum ex habitu ædificator admouet ad opus, alio aliquo, qui actu ſit ædificator, qui ipm̄ ad actum deducat, indigebit. Quod uero cauillatorium, & graue admodū ſit, his, qui mente ꝑditi ſunt, iuxta equiuocationem fallaciam nectere, abunde & Ariſtoteles in libro, qui eſt de interꝑtatione, planum fecit, inter turbationē eiuſmodi fallentiū orationum formam uucans. Dico.n.inquit, opponi ea, quæ eſt eiuſdem de eodem nō equiuoce, & alia, quæ contra cauillatorias definiuimus importunitates. Quomodo.n.non perturbatio reuera ſuꝑflua, orationes ille, quæ res prætereuntes, diſſerunt penes orationem, ac nomina refellere ſatagunt. & in his multum fuiſſe, ipſum non puduit Proclum.

Quod neq; ex prima potentia in vniuerſum verum eſt, id, qđ potentia eſt omnino indigere alio aliquo actu, q, id ſit, q, ipſum potentia vt ducatur in actum, ſed ſimpliciter actu aliquo non quidem eiusmodi penitus. Cap. VI.

NOn indignum eſt, ut conſideremus quomodo, & in ipſa dignitatis acceptione idoneas ſibiipſi cauillationum occaſiones Philoſophus captat, ut.n.multas opificum nugas aggregare poſſit, eo. qui eſt in potētia, opifice indigente, aliquo alio actu opifice, ut & hunc actu opificem faciat. Item & illo, eo, qđ prius potentia ſit, & ipſo potētia exiſtēte, ac indigēte tertio aliquo, qui actu exiſtat opifex, & hoc item alio & ita in infinitum abſurdū deducit aſſerēs quod potentia eſt, altero aliquo, quod actu exiſtat, ſibi opus eſſe, ut ipm̄ in actum traducat. tale inquit, eſſe oportere qđ in actu, quali potētia. uelut ſi quid poteſtate calidū ſit, & perfectiuū ei⁹, quod poteſtate calidum, actu eſſe calidū. Hoc uero in nōnullis uerum exiſtit, cum.n.qui potētia grāmaticus eſt, qui actu eſt grāmaticus, is grāmaticum actu cōſtituit. & ignis, qui actu calidus eſt, aquam, quæ potētia calida eſt, tranſmutat, ac efficit, ut actu ſit calida, non in oibus hac ratio uera habetur, ſed oportet quidē actu aliquo fortaſſe, ut id qđ potentia eſt, in propriā ducat actionem, non quidem oino qđ actu eſt, neceſſe eſt eiuſmodi actu eſſe, quale potentia eſt, quod ab ipſo in actum reducitur. Ligna.n.potentia nauis, faciunt, actu nauē, nō ſunt actu nauis, ſed qui eſt actu nauis fabricator. nō.n.rōnes nauis effectrices, quæ in nauis ſtructore repeciuntur, iā & naues actu ſunt. Item qđ potentia dulce, aut amarū, aut rubrum non oino ab eo, quod actu dulce, aut amarū, aut rubrum actu efficitur. aqua.n.qua plante irrigātur poteſtate

ſingulā habet qualitatē,in quā tranſmutat,plantis cōiūcta.nō quidē actu qđ dulce,aut amarū,aut rubrū exñs trāſmutat aquā,ut ſit actu talis,ſed rōnes in natura actu opifices,& potētia durū a frigido fit actu durū,cum frigidum nō actu durum,ſed frigidū ſit.Quāobrem,& hic,ut aſſeruimus ut locum nāciſceretur opifices opificibus aggregādi,eiuſmodi dignitati additionem annexuit.dico quidem oportere,quod actu eſt,quod quidem id,quod potētia eſt,ducit in actum,eiuſmodi actu eſſe,cuiuſmodi potentia illud eſt.

Quod contingit & ipſam quę eſt in ipſis naturam a ſuis,quā ad aliquid habet,aptitudinem in habitum,per ſe,& actum duci & non eligere aliquo extrinſecus perficiente. Cap. VII.

HAud ſcio,an quod oīno potentiam,ac aptitudinem ad aliquid habet,altero indigebit,ut ipm quod potentia eſt,ducat ad actum,cōtingit enim & ipm ſibiipſi quādā eſſe cauſam,ut ex potentia priori mutetur,duc nāq; uic in ſcienam proficiſcenti ſecundū Platonem diſciplina,& inuentio ut in Alcibiade.Planum igitur,qui aliquam primum inuenit artē,aut totā,aut eius partes,ut qui primum inuenit lignorū ſecādorum artem prius,quā inueniret,cū potentia ſecūdum priorem potētiæ ſignificationem extitiſſe ſectorem actu poſtea ſectorem non ab altero aliquo,qui actu ſit ſector,factum eſſe,ſed ipm a ſeipſo ex potentia pductum in actū. quid utiq; diceres de catulo nuper nato,qui.n.potētia eſt,ut aſpectū habeat,uel latratus edat,non ab altero aliquo,qui actu ſit,ut actu uideat,uel latret,ducitur.ſed ipſe a ſua abſoluitur natura,niſi quiſpiam in primo quidem uniuerſalem mētem mutandi,potētia mētem in actum,cauſam eſſe dixerit,in altero naturam uniuerſalem,ſed & ſi hoc cōceſſerimus;nō ſane dixerit aliquis uniuerſalem mētem actu ſectricem,uel ædificatricem,uel aliqd eiuſmodi eſſe,neq; naturam uniuerſalem actu aſpectum habere,uel latratū,ſed ſimplr actu.ne in ſermone multus ſim,de uniuerſa quero mēte.Cur nōnulla quæ potentia ſunt,in actum ducit.aliqua uero non,de uniuerſa autē natura,ſi eſt omnino,& in quo eſſe habet.non.n.eſt unum aliquod mūdi,pter ſingularia uniuerſale corpus.quāobrem neq; natura uniuerſalis,uniuerſale enim ut cenſet Ariſtoteles,aut nihil eſt,aut poſterius factum,& in noſtra eſſe habens notione,niſi aliquis uniuerſalem aſſeruerit naturam conſpirationem,& conſonantiam,qua mutuam mūdi partes continuationem habent.

Procli ſucceſſoris ratio quarta.

QVarta.omne quod ab immobile fit cauſa ſecundum ſubſiſtentiam,immobile eſt.ſi enim agens immobile eſt immutabile eſt.ſi uero imutabile,ipſo eſſe,agit non migrās ex eo,quod agit in id,quod non agit.neque ex eo,quod non agit in id quod agit.Migrans enim mutationem ſubibit ipſam,quæ ex altero in alterum tranſitio eſt.ſi autem non erit mutationis expers,profecto nō eſt immobile.ſi quid ergo imobile eſt.uel nunquā agit,aut ſemp agit,ut ne,quod aliquādo agit,moueatur,quāobrem,ſi alicuius cauſa aliqua eſt immobilis,nūquā non cauſa exiſtens,nec aliquādo eſt,profecto eſt ſemper cauſa.ſi uero id,perpetui eſt cauſa.Si ergo cauſa uniuerſi imobilis eſt,ut non,mota,perfectionis expers prius ſit,poſterius perfecta.omnis nāq; motus actus eſt impfectus,& ut nō,mota,tempore indigeat,tempus pducens,neceſſe omne,qđ ab imobili fit cauſa,perpetuum eſſe.quare,ſi quis,qui in uniuerſi cauſam pium ſe eſſe exiſtimat,illā ſolum dicat eſſe perpetuam,hunc uero mundum negās eſſe perpetuum,illam nō perpetuam,ac imobilem,ſed mobilem eſſe demonſtrat,motā uero,ac non imobilem eſſe aſſerens,nō perfectam ſemp,ſed aliquādo,& nō carere imperfectionem dicit,eo qđ omnis motus actus impfectus,ac indigus deteriore,dico quidem tēpore,propter ipm moueri,aliquando uero aſſerens imperfectum,& perfectum nō ſemper,ac deteriore indigum,impium ſe magnopere demonſtrat.ſi quis igitur in cauſam uniuerſi ſuam oſtēdere pietatem putans illam ſolam dicat eſſe perpetuam,egregie ipſius eſt.

Explanatio duorum in quarta argumentatione ſyllogiſmorum,& q. penes minorem propoſitionem quæ in ambabus cōmunis eſt propoſitionibus ſalaciam Proclus annexuit. Cap. I.

Solutionis

Solutionis Quarte Rationis.

DVo in quarta argumentatione a Philoſopho ſyllogiſmi cõſtructi ſunt, & in utriſq; communis minor exiſtit ꝓpoſitio, quæ & ſola falſa exiſtens erroris cauſam conflauit. uno.n. ad miſſo abſurdo, ſexcenta, ut ſequãtur, eſt neceſſe. dignum exiſtimo, ut ipſas imprimis philoſophi ratiocinationes exponamus, deinde ita ad falſæ ꝓpoſitionis cõfutationem accedamus, aio quidem minoris. nãq; hac falſitatis coniuncta, Procli magni fraus cõtra ueritatem ſoluet. ex ſyllogiſmis unus eiuſmodi eſt, ex nõ agere, inquit, ad agẽdum trãſcẽdẽs mutationẽ ſubiit, omne uero, qđ mutatur, mouet. Omnis.n. quæ in re exiſtit mutatio, aut motio quædã eſt, aut non ſine motione, omnis uero motus actus eſt impfectus, ut ab Ariſtotele demonſtratum eſt, uelut dealbatio. non.n. nigrũ efficitur, neq; quod fit album, albũ eſt. dealbatio.n. ex nigro uia in album eſt. Si igitur motus eſt actus imperfectus, nõ imperfectus uero deus eſt, nõ igit̃ mouetur, ſi uero nõ mouetur, neq; mutatur, ſi nõ mutatur, neq; ex nõ agere ad agendũ tranſcendet. eiuſmodi.n. inquit. mutatio, & motus. alter, qui eſt reliquus ſyllogiſmus, eiuſmodi habet̃, huius maiorem trãſmutans ꝓpoſitionem, in alterum abſurdũ, rõnem infert. prius.n. inqt, nõ agens poſterius uero agẽs mutatur, qđ mutatur, mouetur, motum tempore indiget. Si igitur deus temporis auctor eſt, nõ igitur ex non agere ad agendum migrat, ut tẽporis, cuius auctor eſt, minime indigus fuit. ex quibus, ſi deus perfectus, & prorſus imobilis, ac imutabilis, & nõ indigẽs tempore, utpote qui tẽporis auctor exiſtat, colligit, nõ agens prius, deinde agẽs, mouetur, & ꝓpter hoc impfectus eſt, ac tempore indiget, uel nũq̃ aget, ut in altero imobile, ac imutabile habeat, ſi igitur primũ falſum eſt, aſſero nũquã agere, igitur ſemp agit, ſi uero ſemp, mũdũ ꝑducit ſemp, & mũdus ex neceſſitate ẽ. Procli igit̃ rõcinationũ deductio eiuſmodi eſt.

Quod ſæpius & p̃ter ea, quæ ipſi probatur contra uos in euerſionẽ ueritatis fallacias cõſuũt. Ca. II.

MIhi uero ſubiit admiratio, quo pacto ſui nõ inſcii erroris errantẽs, non raro, & p̃ter quæ ab ipſis recte demõſtrata ſunt, redargutionem contra ueritatem parant, omni arte imperitas, ratiocinationum calliditate fallẽtes. quod.n. motus omnis, actus eſt impfectus, ac omnis mutatio, aut motus quidã eſt, uel non abſq; motu, uerũ eſt. quod uero ex non agere, uel ſimpliciter ex nõ operari, poſtea actionem, uel ſimpliciter operationẽ iniẽs nullam motionẽ ſubeat, uel alterationẽ, forte non oportebat nos ꝓbare, ſed quæ ab Ariſtotele dicũtur, deponere. qbus in non paucis ſuis libris demõſtrationis ui nixus nos id docuit, quibus cõtradicere Proclũ nõ uereor, ſed ne aliorum opinionibus acquieſcere uideamur, nos ex nobiſmet primum rationẽ conſiderabimus, deinceps & Ariſtotelis teſtimonio ueritatem obſignabimus.

Quod non agens prius poſtea agens & quod omnino ex habitu actionem ꝓdens nõ mouetur, neque mutatur prorſus. Cap. III.

QVod prius nõ agit ad agẽdum inquit migrãs, mutationem, ac motũ ſubiit. illud imprimis in his ſignificãdum, neceſſarium, nõ nemini planum, exiſtere, non prius agẽtẽ, poſtea agẽtem, ex ſecũda potentia, quæ eſt ſecũdum habitum, qui eſt actus primus, in actum ꝓficiſci ſecũdum, ut ædificator. Si.n. non ædificans prius, poſtea ædificabit, ex ædificatiõis habitu in ædificationis actum ꝓgredictur, ex potẽtia enim quæ prior eſt, in habitũ tranſitio, nõ factio, ſed perpeſſio potius. & qđ in habitũ ex priori potẽtia migrat, potius patitur, quã agit. ut puer, qui potẽtia grãmaticus eſt, poſtq̃ grãmatices artis habitum cõparuerit, a p̃ceptore patitur potius, ipſe in alterum non agẽs. & eadem in oĩbus ratio. quãobrem, ſi prius nõ agẽs. poſterius uero agens ex ſecũda potentia in actum migrat ſecũdum, eiuſmodi uero ex habitu ꝓgreſſum, motũ eſſe aſſerit Proclus. aperte igitur ꝓgreſſum in actũ ex habitu, motum, ac mutationem eſſe oſtẽdit. Si uero quod ex habitu actionẽ aggreditur mouetur, neceſſitas omnis eſt diſpõnem ante actionem, & operationẽ, motum eſſe, aut ipſam effectionẽ, & actionẽ, aut aliã quãdam, quæ actionis, & nõ actionis media ſpectatur diſpoſitio. Nõ enim alia p̃ter hæc ſunt. ſed non diſpoſitio agẽtis, quæ effectionẽ, operationẽq; p̃cedit, fieri põt, ut motus uocetur. hoc

eſt, ſecūdum quā abſq; actione habitum habeat agēdi. Immobilitas.n.non agēdi potius, non motio, ut & Proclo uidetur, ſi quid.n.immobile inquit, eſt, aut nūquā aget, tāquā nō agere uidelicet immobilitas & non motio ſit. non ergo agendi habitus ſcorſum ab actione motus eſt. ſed neq;, qđ ipſius agere, & non agere medium eſt, ut motio quædam intelligatur, fieri pōt. ex habitu.n.non temporea actionis fit apparatio. In eodem.n.eſt non agendi finis, & agendi initium, quādoquidē in uno atq; eodem temporis pūcto, quo non ſcribit, ſi contingerit, quieſcēs ſe ad ſcribendum appulit, & eodem mō in omnibus. Nullum igitur tēpus eſt ipſius non agere, & agere medium & omnis cōtradictionis uniuerſale eſt. in hoc neq; non aget, ab ipſo.n.nō agere quieuit, neq; aget, nōdum enim agere inchoauit. in eodē igitur tēpore, neq; aget, neq; nō aget, qđ quidem fieri nequit. Contradictio.n.ſimul erit uera, ſi uero nullum tps non agēdi & agendi medium, & oīno habitus, & huius ꝓgredictis actionis, qm̄ neque altera aliqua media diſpoſitio eſt. nullus igitur motus, neq; omnino mutatio media erit. Omnis.n.mutatio in tempore, nullum uero tēpus demonſtratum eſt mediū, quare neq; mutatio, neq; igitur ante actionem, neq; in agendi & non agēdi interſtitio, prius non agēs, poſterius uero agēs, atq; oīno ex habitu actionem aggreſſum, moueri cōtingit. Relinquitur igitur ipſam effectionē eſſe motū, ſi uero hoc, ſemp ſecūdum ipſos aget deus, ſemp igitur, & mouetur. Siquid.n, immobile eſt, inquit, aut nūquā aget, aut ſemp aget, ut ne ex hoc, qđ aliquando agit, moueatur. ſi igitur ſemp agit, actio uero motus, hæc.n.diuiſionis reliqua particula eſt, ſemp igitur deus mouetur, motus uero actus impſectus eſt, & in tempore, ſemper igitur ſecūdum ipſos in motu diuinum, & ob hoc impſectum & tēpore indiget. in ipſos igitur ipſorū ſapiēs dictum egregie intorquet, tale.n.ab ipſo dephenditur falſum, & in ipſum delabitur. Si igitur neq; ante actionē, neq; in non agendi, & agēdi medio interuallo motus aliquis ſpectatur, neq; ipſa actio dei, motus eſt, nequaquā igitur deum ex habitu agēdi in actionem aggreſſionē facietem, moueri cōtingit, at quid dico deum, ſed neq; aliquem eorū, qui præditi ſunt habitu, ſecūdum deinde ipſum operatur, alterationem aliquā, ac motum ſubire cōtingit, ꝓpter hoc ſolum qđ ex habitu in actū deſcendit. eædem.n.hę rōnes & in oībus cōſonāt, adhuc & ꝓgredictes planius demr̄abimus.

Quod Dei actio non eſt motus & quę actio imperfecta & quæ perfecta. Cap. IIII.

DEi factionem, atq; omnino actionem motum ſupponere phas nō eſſe, cū ſola ſua uolūtate omnia ꝑducat, & tēporis, aut alicuius diſtātie in ſubſtāuarum ꝑductionē minime indigeat, nemini obſcurū arbitror. non.n.omnis actio ſtatim, & motus eſt, actio.n. ut Ariſtoteli uidetur, maioris eſt ambitus, duplicem.n.actionem pfectam.ſ.ac imperfectā eſſe aſſerit, imperfectam uero actionem motum eſſe dicit. Eſt.n.ſecūdum ipm motus a primo potentie mō in habitum mutatio, ita.n.in tertio phyſice auſcultationis libro ipm definiuit, qđ motus eſt actus potentia eius, qđ eſt, eiuſmodi eſt, ipm uero actum eſſe dicit potentie actionem, & pfectionem. ita.n.motus eſt actus impfectus. Perfectum uero actum eē dicit ſubitum ab habitu nulla in ipſo alteratione facta ꝓiectum, proiectus uero ſubitus non una cū motu temporis ꝓgrediens, ſed tēporis puncto editus. qualis eſt luminis ab illuminātc emanatio. ſimul.n.ac illuminās, ut ignis, aut ſol apparet, omne, qđ aptum idoneūq; eſt, ſubito, lumen replet. eiuſmodi eſt aſpectus actio, ſimul, atq; reſpeximus ſenſum pellentia ſine tēpore comꝓhendimus, unde neq; ſenſus in ſenſum ferictium comꝓhēſione, moueri aſſerit Ariſtoteles, ſed neq; mētis actio motus eſt, ſubito, & abſq; interuallo aliquo intelligibile tāgit. ſi igitur horum actio abſq; tpe, & propter hoc perfecta, & non motus, quomodo dei actionem motionē dicere audere pōt?

Quod non agentis ſed patientis imperfecta actio, & in temporis ꝑductione in nulla re qui mouet, alterationem ſuſtinet, quia prius non mouet, poſtea autem mouet. Cap. V.

AT qui Ariſtoteles patiētiam potius, quā agentium impfectas actiones, ac factos in tempore motus uocādos iudicauit. mens.n.ædificatiua in ædibus extruēdis, aut pceptor docendo nullam ipſi alterationem, aut oīno motum ſuſtinent, acceptus.n.eſt perfectus ædifica-

tor,ac

tor, ac p̄ceptor, non imꝑfectus, dum in doctrina ſe exercet, qui docetur. Si igitur talis ſit præceptor, deinde docet, ipſe nulla uel alteratione͂ uel motum ſubiit. ſiquidem ex doctrina in diſcipulum permotio facta eſt. ipſe nãq; ex non cognitione in cognitione͂ alteratione͂, ac mutationem paſſus eſt. eode͂ modo & mens ædificatoris perfecta, deinde moue͂s ad ædes extruendas, nulla ſui alteratione. Motus. n. circa id, qđ ædificatur, ſpectatur eſſe, aio quidem lapides ac ligna. hæc. n. ſuſtine͂t alterationem. nõ diſſimilis, & in oĩbus ratio. At qui horum actio omnium non abſq; tempore alteratio, ac motus patientis, & non agentis eſt. Nulla. n. diſpoſitio aliena, nec in mente ædificatrice, neq; in ea, quæ p̄ dita doctrina eſt, dum docet, aut ædificat, facta eſt. Si. n. & corpus mouetur, ſed ut inſtrume͂tum, & motio altera, non qua ſubiecta mouet, per locum enim eſt corporis motus. Deus uero ſuo ſolo uelle cuncta producens nihil eſt, quod inſtrumentum, quo iuuetur, deſideret.

Teſtimonia ad idem ex Ariſtotele. Cap. VI.

FOrte opereꝓtium eſt, ut, & ad uerbũ his ipſis teſtis adducatur Ariſtoteles, in tertio igiť naturalis auſcultationis poſt diffinitione͂ motus, hæc infert, qđ uero hoc eſt motus, hinc planum. cum. n. ædificabile quatenus eiuſmodi ip̄m eſſe actu dicimus, ut ædificaŕ, & hoc eſt ædificatio, ſimilr̃ uero & diſciplina, & curatio, & paulopoſt. Contingit. n. ſingulum interdum operari, nõnunq̃ uero, non, ut ædificabile, & ædificabilis actus, quatenus ædificabile, ædificatio erit, aut. n. hoc eſt ædificatio. aut actu domus, ſed cũ ſit domus, nõ amplius ædificabile eſt, ædificatur uero ædificabile, neceſſe igitur ædificationem actũ eſſe, edificatio uero motus quide͂, & in aliis eadem cõpetit ratio motibus. Plane igitur ꝓpter hæc ædificationem pfectionem nõ ædificatiui hoc eſt ædificatoris ſed ædificabilis hoc eſt eius, qđ ædificatur, ut ſunt bipedes, et ligna, perfectione͂ eſſe aſſerit, idem inquit, & in diſciplina, & curatione, qm̃ non p̄ceptoris, ſed diſcipuli diſciplina pfectio eſt, neq; medici, ſed egrotãtis curatio. hæc rõ in omnem ſe exte͂dit motum. & paulopoſt a quadã de motu ambiguitate ſe expedie͂s non diſſimilia intulit. ita. n. inquit, & qđ dubitatur, planum, qđ ĩmobili motus eſt. huius. n. eſt actus a motiuo et actu motiuo, non alius eſt. Oportet. n. amborum eſſe actum. eo. n. quod poſſit, motiuũ eſt. moue͂s uero, eo quod operetur, ſed mobilis eſt actiuum. qđ uero inquit, per hæc, eius modi eſt. qđ ſi una forte ædificatio ſit, actus eſt cũ ædificantis, tum eius, qđ ædificatur, at certe nõ in ædificante, ſed in quo ædificatio eſt, motus eſt, rei. n. ædificabilis eſt ab ædificãte facta perfectio. ide͂ & in omni motu. demõſtratum igitur ex Ariſtotelis placitis, qđ actio non agentis, ſed eius quod fit motus. quod igitur dii actio non eſt motus, & ipſi utiq; nõ diffiterentur cum Ariſtotelis dictis, tum ex his quæ nos demonſtrauimus commoti. ſi enim operari, moueri eſt, ſemper in motu diuinum eſſe neceſſe ipſum ſupponi. ſemper enim ſecũdum ipſos operatur.

Ex dictis Ariſtotelis de potentia & actu q, ab habitus actionis aggreſſio neque alterationis, neque motionis. Cap. VII.

QVod uero, neq; qđ prius non agens, poſterius uero age͂s, atq; oĩno ex habitu demigrãs in actum, alterationem ſuſtine͂s, uel omnino motum que͂dã ſubiit, abũde ratio demonſtrauit. Si. n. nullum nõ agendi, & agendi tp̄s medium eſſe, oſte͂ſum eſt, omnis uero alteratio, & omnis motus in te͂pore, non igitur opificem alteratione͂ pati, eſt neceſſe, ſemp perfectũ quidem operãdi habitum habe͂tem, neq; ab æterno mũdum ꝓducentem. opereꝓtium forte erit quod in ꝓpoſite rationis initio polliciti ſumus idipſum, & Ariſtotelem in ſecũdo de anima libro determinãtem demõſtrare, & pauca quædã illius dictionis ſuperius adiecimus, ut & eius, qđ potentia, & actu dicitur diuiſionem quã nos in ratione, quæ hãc p̄ceſſit adduximus, & ipſis Ariſtotelis uerbis imperitis præ oculis aſtatumus, in ſecũdo igitur de anima ad uerbũ hæc diſſerit. Diuide͂dum uero & de potentia, & de actu, nunc. n. de ipſis ſimpl̃r diſſeramus. eſt qde͂ enim ita ſciens, quid, ut ſi hoiem dixerimus, quod homo ſcie͂tium, & habe͂tium ſcie͂tiam, eſt uero ut iam diximus, ſciens, ꝑditus grãmatica. uterq; uero horũ, non eode͂ modo ualens eſt, ſed

id quidem qđ genus eiuſmodi, & materia, hic uero qm̃ uolens, ſpeculari ualens, niſi qđ externum uetuerit, iã uero actu ſpeculans, & ꝓprie ſciens hoc A. ambo igitur primi potẽtia ſcientes, ſed hic quidẽ per diſciplinam alterationẽ paſſus, ac ex contrario multotiens mutatus habitu. Hic uero, eo qđ ſenſum, aut grãmaticam habet, nõ agere uero ad agẽdum alio modo, hæc Ariſtoteles. ego uero niſi me in ſermone multũ fore uererer, ad id, qđ propoſitũ eſt, & ipſorum Ariſtotelis interꝑtum expoſitiones adducerem, nũc paucis dictionẽ declarare enitar, ut planam rõnum talium imperitis ſentẽtiam philoſophi cõſtituam. Hæc igiť de eius, qđ potentia, & actu eſt, diuiſione fere ex his, quæ iam in eo capite, qđ hoc anteceſſit, diſſeruimus, perſpicua ſunt. qm̃ enim ſimplr̃, ac indiſtincte in ſuperioribus rõnibꝰ poſuimus, quo pacto potentia, & actu Ariſtoteles uſus eſt. hoc. n. perſpicuum fecit dicens. Nunc. n. ſimpliciter de ipſis dicamus, huius gratia uerba eius poſuimus. diuiſionem horũ facit. Vno igitur modo oẽm, inquit, hoiem potentia ſciẽtem uocari, & ſi ſcientiæ nõdum habitum habeat, ut grãmaticus, ſecũdo item modo potẽtia inquit, ſciẽtem dicit, quia iã ſcientiæ adeptus eſt habitum, ſed nõ ſilr̃ inquit uterq;, quos recenſuit, ſciẽtes ſunt, ſed hic quidem prior, qm̃ eiuſmodi genus exponẽs; quod genus intelligat, intulit. & materia, hoc eſt ipm̃ ſcientiæ ſubiectum, dico quidem ipſius ſuſceptiuum, quæ quidẽ hois eſt natura, in uniuerſum. n. potẽtia ſciens omnis hõ dicitur, qm̃, ut ſciẽtiam recipiat a natura aptitudinem habet, mentis. n. & ſcientie & eſt, & dicitur hõ ſuſceptiuus. atq; hoc eſt, qđ prius potentia uocatum eſt. qui uero habitũ iam grãmatices ſuſcepit, ita inquit, eſſe potẽtia ſciens dicitur, quaſi ualeat, cũ uoluerit, ſcientie, niſi qđ externum prohibuerit, ſpeculationem aggredi. Præceptor. n. niſi ægritudo, aut diſcipulorꝫ penuria, aut ineptitudo impediat, docebit. Similr̃ & ædificator ædificabit. & in aliis nõ ſecus. & hæc eſt potentiæ ſecũda ſignificatio, quæ, & actus primus nũcupatur. is igitur habitu præditus, cum iã docet, promens ſpeculationes. hoc. n. ſignificauit. cum dixit, hoc uero. A. quaſi diceret, hãc uero ſpeculationem. fit actu ſciens ſecũdo uocato actu. ita igitur eius qđ potẽtia, & actu eſt, diuiſionẽ faciens Ariſtoteles, qđ habitu ſpeculationes habẽs, cum ex habitu actionem inchoaret id per alterationẽ non ſuſtineret, deinceps intulit. ambo igitur primi inquit potẽtia ſciẽtes, ſed hic quidem per diſciplinã, alterationem paſſus, & nõ raro ex habitu mutatus contrario, primo dictus potẽtia modo ſciens fit, inquit, actu ſciens, hoc eſt ſciẽtiæ habitum ſuſcipit per diſciplinã alterationem paſſus. Diſciplina. n. alteratio eſt, quã. n. in eo quod album fit, dealbatio, rõnem habet, hanc in eo, qui in ſciam mutatur, diſciplina obtinet, ſepius uero inquit talis, ex habitu contrario in cõtrarium mutatur habitũ. Addiſcens. n. aut ex ignorantia per diſciplinã in cognitionem, aut ex falſa in ueram mutatur opinionẽ. falſum uero contrariũ eſt. Hæc autem eſt, & ꝓprie alteratio; alteratio. n. ut ipſe in naturali docuit Ariſtoteles, ex altera ſpecie eſt in ſpẽm alteram mutatio, corrupto, ex quo mutatio, facto uero, in qđ, quẽadmodum dealbatio, & calefactio, qui quidem fit albus, in album ex nigro mutatur, qđ quidem in ſpẽm ex ſpecie eſt, abolitione nigredinis æditur album, & calido eque, & frigido, in calidum corrupto frigido, & calido, generatio eſt. mutatio autem in cognitionem ex ignorãtia atq; omnino in formã ex priuatione, generationi potius, quã alterationi perſimilis eſt. ita primo dictus potẽtiæ modo in habitum ex potentia ꝓficiſcitur. Secũdus uero quomodo hoc eſt ꝑditus habitu, ut aſpectus non aſpiciens, aut quia tenebre ꝓhibent, aut quia cõniuet, aut alia quæ uis cauſa impediẽs nulla in ſenſu alteratione facta. ſed amoto impediente ſolum uidẽdi actionem paratam habet. Nõ. n. ex alia forma in aliã eſt mutatus formã, prius quidem aſpectu nõ agens, poſterius uero agẽs, neq; ex integra priuatione in formã. Senſus. n. habitum poſſidebat, quãuis per ipm̃ non ageret. alius igitur ꝑter hæc inquit, modus ab habitu in actionem ꝓgreſſus item ipſe paucis interpoſitis ne oratio ꝑducatur longius, media omittam, inquit. Speculans. n. fit habens ſciẽtiam, qđ quidem aut alteratio non eſt, in idem. n. incrementum, & in actum. aut genus alterationis alterum. quãobrem nõ rectum eſt dicere, prudens cum prudẽtia agit, alterum fieri, quemadmodum, neq; ædificans cũ ædificat. ecce claro ſermone inquit, qđ prudens, hoc eſt habitu ſcientiæ ꝑditus, cum prudentia agit, hoc eſt cum ſciẽtiam aggreditur. non alter fit, neq; bene eſt

eiuſmodi nũcupare alterationem. non.n.quod in omni alteratione, ac motu accidit, ex forma facta eſt mutatio in formã, ſed ſola habitus manifeſtatio. Hoc igitur ipſm probans Ariſtoteles addidit hoc. in idem.n. incremẽtum, & in perfectionem: quæ quidem eſt demõſtratio oẽm reprehenſionem fugiens ex habitu ad actionem acceſſum nõ eſſe alterationem. quãdoquidem alteratio, ut aſſertũ eſt, ex alia forma in aliã formã mutatio eſt, corrupto quidem priori, & facto poſteriori in actionem ꝓgreſſionem habens ꝓpriam non in alterum, ſed in ſeipſm auctionem efficiens manens idem, ſolũ per actionem, dilucidã reddens habitus enodationem, non igitur actionis aggreſſio alteratio eſt, neq; ꝓrſus motus, aut mutatio. Si uero alicui inquit, gratũ ſit. & huiuſmodi uocare alterationem, erit utiq; genus hoc alterationis alterũ equiuocum, neq; diuerſum ab ea, quæ eſt in qualitate, mutatione. ut ſi quis & colorẽ, qui in nocte eſt, quiq; poſtquã tenebre abſcedere, cõſpectus eſt, nõ aſpectu cõphenſus prius, alterum factũ eſſe dicat. ſed de noibus ſermo minime terendus, ſed ſi uere rei mutatio aliqua, & forma, circa ſubiectum fit alteratio, cum ex habitu in actũ ſe admoueret, quod quidem demõſtratum eſt nõ eẽ. Si uero tale alteratio nõ eſt, perſpicuũ omnino eſt, neq; motum, neq; mutationẽ eſſe. motus.n. tres ſpẽs habentur, aut ſecũdum locum, aut ſecũdum augumẽtum, & decrementũ, aut alterationem, qđ uero nullo cæterorum motu, quod ex eo quod non agit, agendi actionem nomen moueatur. quid oportet, & dicere. qm̃ neq; accreſcit, neq; decreſcit, neq; ex loco in locũ trãſit, nullo igitur modo, quod ex habitu in actionem deſcẽdit, mouetur. & in tertio eiuſdem tractatus libro, necnõ aliis in locis non alia item ab Ariſtotele aduerbum declarata ſunt, ſed & quæ nunc adiecimus etiam his, qui non admodum contentioſe agunt, ſatis ſint.

Quod non ignorantia Proclus, ſed ſponte vt inexpertes falleret eiuſmodi fallaciarum necne forma. Cap. VIII.

HIs igitur demõſtratis, quomodo quiſpiam non admiratione capiatur, qđ quidem in initio correctionis rõnum magni Procli dixi, ita manifeſte, & rebus ipſis clamantibus, ac fere non nemine Ariſtotelis demõſtrationes approbãte, cum de differentibus eius, qđ in potentia, atq; in actu eſt, ſignificationibus, tum quod nullam alterationem uel motum ſubiit is, qui ab habitu in actionem proficiſcitur, nihil horum philoſophum oratiõe declaraſſe. atqui nemo cuiuſmodi ſpeculationum ignorãtiam ipſi tribuere audeat. unum ſibi ꝓpoſitum eſt quouis modo rationibus contra nos inſtructo ueritatẽ depugnare, quaſi talium imperitos aduerſus nos rationes ſtruenti. in ratione quidem quæ hanc anteceſſit, iuxta eius, qđ in potẽtia, atq; actu eſt æquiuocationem, fallaciã contexuit. in hac autem dicere auſus eſt non prius agẽtem, poſterius uero agentem, hoc eſt ab habitu agendi actionem agendi deprométẽ, motũ, ac mutationem hoc eſt alterationem ſubiire. ut ita cõcludat, uel moueri, hoc eſt alterationem pati diuinum, neceſſe ſit. Vel ſi hoc fieri nequit, nulla.n. in deo, ut diuina aſſerũt uaticinia, mutatio, aut uerſionis umbra, ab æterno una cũ deo mundum conſiſtere. ſi igitur nõ per motum ab habitu actionis fit profectio, contingit igitur, cum deus prorſus immobilis, ac immutabilis maneat, & mundum interdum quidem eſſe, nõnunquã uero non eſſe.

Dubitatio & ſolutio, qđ non tollimus qui ſemper Deus vno ſit ſtatu, ſemper quidem ſecũdum habitum opificem eſſe medij ſupponentes non ab æterno effeciſſe mundum, in quo q, idem in deo habitus, & actio & qđ non ſimul cum rerum notione dei, & res eſſe neceſſe eſt. Cap. IX.

SEd ipſum inquit dicere prius non agere, poſterius uero agere, ideſt prius habere ſolum habitum, poſterius uero una cum habitu, & actionem, quin Deus prorſus imutabiles ſit, delet. non.n. eodem ſemp ſtatu erit, aliquãdo quidem agens, interdũ uero nõ agens. maxime quidem o admirabilis ſatis nobis tum ratio demõſtrauit, tum Ariſtotelis teſtimonium firmauit in nullo generationi obnoxio, ne dum in Deo ex habitu in actum ſecũdum ꝓgreſſum, nec alterationem, nec motionem eſſe. alteratio.n. alterũ magis efficit ſubiectum, habitum uero habẽs abſolutum, ac pfectum, deinde operãs ipſe a ſeipſo magis alter factus nõ eſt, Forte uero tuam

perturbauit mentem, potius uero occaſionem deceptiones cõſtruende dedit, quod nos ſciẽtia
rum prædìti habitu, cum actiones, quæ ex habitu ꝓficiſcũtur, depromere uolumus in uniuer
ſum indigeamus, & corporis motione, quæ inſtrumẽtis abſoluitur, eo quia ex ipſa notione ſo-
la ꝓpria conficere nequeamus opera. quãobrem diſpõnem aliquam habeamus alterã neceſ-
ſe eſt non in eo, qđ fungitur notione, ſed in eo qđ inſtrumentũ eſt, dico quidem in corpore, &
hinc uelut aliquam laruã pueris proponis, omnino oportere, & in Deo alterã quadam fieri di
ſpoſitionem, ſi prius non agẽs, poſterius agat, ſed ſiq̃dem Deus cũctorum ſemp̄ perfectus eſt
effector, eo qđ ſemper effectuum non alio modo rõnes habeat, & ſola cũcta faciat uoluntate,
cum nullo ad cõſtituendam rerum ſubſtãtiam inſtrumẽto indigeat, nõ alter ipſe a ſeipſo agẽs;
ac nõ agens euadet. Notiones. n. ac rerum rationes perpetuo eodẽ perſeuerãtes ſtatu ratas ac
minime uarias habet, quibus & opifex eſt, nõ altero ex eo qđ agit, uel nõ agit, facto. in uniuer
ſum. n. non differre in Deo habitũ, & actionem dicere nephas nõ eſt. Idem, n. ſunt ambo, diffe
rentia uero in eo, qđ particeps eſt, differẽtia fit. paulo uero ſuperius per quãdã ſiſitudinẽ, qđ
dictum eſt, ſumens, manifeſte explanare enitar. Cum. n. bifariã omnis ſumatur ſciẽtia, uno q-
dem mõ, cum in anime diſpõne ſpectetur, quã ſpeculationem dicimus, ac notionem. Item cũ
extra depromitur, ut cum aliis noſtras cõmittemus notiones, cum intelligendo ſolũ, & ſpecu-
lando, ſcientias habemus, ſecũdum habitũ eas habere dicimur, cũ uero anime cõtemplationẽ;
uel per ſyllabas exterius ꝓnũtiamus, ut in ſcientiis, quæ rõnis ſunt, quã, & doctrinã nuncupa-
mus, uel per manuũ actiones, extra educimus, ut in actiuis, tunc ſecũdum habitus op̃ari dici-
mur, quẽadmodum in ſcientiis, quæ rõne incedũt, ſiquis noſtras ipſas per ſe animas a corpo-
ribus ſeorſum nudas intelligeret, noſceret utiq; ipſas nullo amplius inſtrumẽto indigere, ut ꝓ-
prias adinuicem notiones oſtẽderent, ſed nudis uiciſſim intellectibus occurrentes uelut nullã
ipſe ad ſeipm̃ differentiam aliquã habeat, qui ſecundum habitũ ſpeculatur, & qui in aliud ſe-
cũdum illam notionem agit, diſpõnem uero alterã circa aliud. ſ. habet quod illius notione cõ-
præhenſum eſt, factã, ita & ſecũdum ſpeculationes actiuas anima abſq; inſtrumẽto aliquo ſo
la ipſa notione, ſi ualens, cũ uoluerit, erit. ſecũdum notiones, opera ꝓducere, nihil utiq; item re
rum notio, atq; habitus differret ab opatione per ſe, atq; actione. qm̃ igitur nullo in rerũ ſub-
ſtantia cõſtituenda Deo eſt opus inſtrumento, ſed ipſa ſola notione, cũ uoluerit, omnia conſti
tuit, & nihil magis, aut minus, eo qđ res ſint, aut nõ ſint, notiones circa idem habet Deus, cõſe-
quens utiq; erit habitum, & operationẽ in Deo nihil differre, non, qm̃ ſola notione cuncta cõ-
didit, notiones uero, & cũctarum rerum rationes ſemp̄ incõcuſſas ac firmas habet, iam pro-
pter hoc, ab æterno res una cum Dei notionibus cõſiſtere eſt neceſſe. Hoc enim & in ſecunda
a nobis oſtenſum eſt rõne, non. n. ut in uite naturæ neceſſitate ſol ſimul ac adeſt, illuminat, &
ignis calefacit, ita & Deus naturæ neceſſitate uolens, nolẽſq; foras effectus effert. ſupior. n. om
ni neceſſitate cũctorum cauſa eſt, unde non omnino una cũ de aliquo notione, & cognitũ eſſe
neceſſe. ſcire. n. & quæ futura ſunt, & quæ nõdum exiſtunt, Deũ non differẽtur, ut qđ, & qua-
les rurſus cum corporibus hãc uitam uiuẽt anime, & qualem ſingula quaq; eliget uitã, & quæ
cuiuſq; electione a ꝓuidentia, quæ falli neſcit, cõſequuntur, & tempus futurũ iam ꝑcognitio-
ne ipſi temporis effectori ꝑſens adeſt. ac cœleſtiũ corporum future circũuolutiões, & q quoq;
tempore adinuicem future erũt, habitudines, alio nãq; tempore aliam inter ſe ſydera nãciſcũ-
tur habitudinem, ꝑcognitione Dei uidelicet impartibiliter comp̃henſe ſunt. quãdoquidẽ ho-
rum, quorũ ſine medio ipſe effector eſt, Deus, neſcius non eſt. Si igitur futura priuſq̃ in lucem
ſunt ædita, Dei notione comp̃henſa ſunt, futura uero nõdum ſunt, qm̃ nõ utiq; futura eſſent,
non igitur ſimul cũ Dei de aliquo notiõe, & ipm̃ exiſtere, eſt neceſſe quãobrem accuratam &
omni ex parte abſolutam pfectionem, ut demõſtratum eſt, rerum effectrices in Deo rõnes ha
bent. producit quidem, atque cuicũque cum uoluerit, ſubſtantiam conſtituit Deus, uelle ſolo
cuncta producens. Vult uero, cum bonus ſit, his, quæ gignuntur, fieri in uniuerſum bonum,
quo ad natura eorum capax eſt, naturale autẽ his, quæ gignũtur eſt, ut cũ ꝓducẽte æterna nõ
ſint, ut in prima oſtẽſum eſt ratione niſi & hoc interdũ uelle, nõnũq̃ uero nolle alterationẽ eẽ

aſſerũt, ſi uero id alteratio eſt, ſeipſos Deũ in alteratiõe ſemp eſſe ſupponentes latet.

Quod non, quia Deus aliquando idem vult, aliquando nolit, alteratio eſt, & q. omnino nõ ſunt Dei differẽtes voluntates, ſed vna ac ſimplex & ſemp eodem perſiſtens ſtatu, quia volunt eſſe ſemp bonum in his quæ cõmunione ſunt bona ſpectatur mutabilitas. Cap. X.

VTrum ne particulariũ ſingulum, ut Socratem æternum eſſe uult Deus, an nõ? ſed aliqñ horum quęq; eſſe, nonnũquã non eſſe uult. at planum eſt particularia æterna eſſe nolle, eſſent. n. utiq; omnino æterna, ſiquidẽ noluiſſet. igitur particularium quodlibet interdũ eſſe, aliquando nõ eſſe uult, ſi uero id, in alteratione ſemp uerſatur. ſi nãq; hoc ipm aliquando eſſe uelle, interdum uero nolle, nõ ſine alteratione eſt, Socratis uero, ſi contingerit, aĩam interdum qdem in ipſius Socratis corpore eſſe nolebat Deus, qm̃ neq; Socrates erat æternus, aliqñ uero uoluit, cum ipſam Socratis corpori colligauit, ac rurſus noluit, cum eadem a corporis uinculis liberauit. uidelicet ſecũdum ipſos alterationem ſubiuit effector, idem aliquãdo uolens, nõnũq uero nolens. eadẽ ratio & in oĩbus particularibus. Si igitur ſemp particularia alia quidem gignuntur, alia uero corrũpuntur ſemp quædã quidem eſſe, nõnulla uero nõ eſſe uult. id autem mutatio ſecũdum ipſos, atq; alteratio, ſemp igitur ſecũdum ipſos in alteratiõe uerſabit̃ Deus. Non. n. aſſerunt ipſa gigni nõ uelle, neq; non gigni nõ uelle. cõtradictio. n. ſimul uera erit, qd̃ fieri nequit. atq; ſecus. ſi gigni nõ uult, quomodo gignũtur, ſi uero nõ uult non gigni, omnino gigni uult, negatio. n. ex trãſpoſitione ſimplici equa eſt affirmatione alioquin ſi ipſa gigni noluit, quomodo ſecũdum Platonis Timæũ cœleſtibus iuſſit ad mortalium aĩalium effectionẽ accedere, at nõ ſolum iuſſit, uerum & ad agẽdum ipſis facultatem pbuit. quinimo & ſi ad effectricem puidere ſpectat cauſam, puidentia uero ad id, qd̃ confert ſpectãs, uel animas corporibus colligat, uel ipſas a corporibus ſoluit. Planum aliquãdo e placere eas cum corporib⁹ eẽ, interdum uero a corporibus ſeparari uelle. hoc uero, ut ſapiẽtibus uidetur, alteratio eſt, ſemp igitur ſecũdum ipſas Deus in alteratione erit. Si hoc uero a rõne abhorrens eſt, nõ igitur aliqñ eſſe uelle, interdũ uero quid eſſe nolle, alteratio eſt. ſemp. n. bonũ uult, potius uero ipſe eſt ipſa bonitas. natura uero generabilium, quo ad ei poſſe cõceſſum eſt, boni inde defluxus particeps eſt. ſi igitur hoc uelle aliqd̃, quod conferat, factũ ad uſum eorũ, quæ beneficio affecit, nõ alterationẽ circa diuinũ operatur, effectricẽ autẽ ſemp eodẽ modo uirtutẽ habet Deus, & ipſo ſolo uelle cuncta in eſſentiam pducit. Nulla igitur alteratio ex hoc, qd̃ agit aliquãdo, nõnũquã uero non agit, in eo intelligetur. Vult. n. bona ſemper. ſiue igitur aliquid agit, ſiue nõ, id prorſus bonum, ita tamẽ factorem ſingulo cuiq; pfectionem imptit, quoad generabiliũ natura capax eſſe poteſt. una igit̃, ac ſimplex Dei uolũtas, atq; ſecundum eadem, ac eodẽ ſemp in ſtatu ſe habẽs, ſemp nãq; bonũ uult. in his uero quæ, hac participãt, mutatio, ac alteratio ſpectatur, quẽadmodum uerbi gr̃a una, ac ſimplex ſolis uirtus, ſiue illuminãtem, ſiue calefaciẽtem quis nũcupare uelit. neq; quæ, alia participãt eque participãt, neq; ſingulũ eadẽ ſimil̃r, ſecus. n. noctua, & aliter hõ, ac ipſa mens. quare & aſpectus & ſanus in lumine cõtinuo uerſans alios, atq; is qui ex locis lumine priuatis ſubito ad loca delatus lumine ſplẽdẽtia habet. nõ igit̃ participãtiũ mutatio, & alteratio quãdã circa agẽtẽ alterationẽ nos ſuſpicari cogit. ſi uero nõ elteratiõi ſubiicit̃ nõ agẽs De⁹, deide agẽs, nõ igit̃ tpe, ut agat, indigebit, ſimul atq; uult, cũcta pducẽs.

Ambiguitatis expoſitio ac rephenſio, q̃ dicit, q. ſi non ſemp erat mundus, prius q̃ fieret. potẽtia Deus erat opifex & ideo impfectus. in quo q; oĩs ſuba ipſa a ſeipſa ſine habitudine ſecundum virtutes naturales quã in ipſa ſpectantur perfectionem habent non ſecũdum virtutes emanantes a potentiis in alias actiones. Cap. XI.

HOc demonſtrato, illud quoq; per hæc ſolutum eſt, quod continue ad deceptionem adoleſcẽtibus ab ipſis ppoſitum, qd̃ niſi eſſet ſemper mũdus, prius potentia erat Deus opifex, quã mundus generaretur, omne uero potẽtia impfectum quãobrem & ante, imperfectus Deus, quã mũdum conderet, tunc autẽ perfectus euaſit cum opus abſoluit. Omne. n. qd̃ actu

eſt, eo, qđ potentia perfectius eſſe aſſerunt, hoc nāq; ipm & ſapiēs Proclus nobis ſignificauit, quibus aſſerit, ut nō, motum imꝑfectum ſit prius, perfectum uero poſterius, atq; itē motū uero dicens, & nō immobile, non ſemp dicit ꝑfectum, ſed nōnunquā & imꝑfectum, & in ratiōe, quæ inſcripta eſt cōſideratio cōtradictionum, quas in Platonis Timæū compoſuit Ariſt. hæc aduerbum diſſerit Proclus. cū exiſtat ſemper qđ agit, ſemper & qđ editur ab eo, qđ ſemper agit, editur. aut. n. neq; Deus ſemp agit, aut ille idem ſemp agit, uniuerſum autē non ſemp fit, uel ille ſemp agit, & uniuerſum ſemp gignitur, ſed ſi quidem nō ſemp agit Deus, potētia uidelicet erit agēs, & rurſus actus, & imꝑfectus opifex, & indigens tēpore. Si uero ille agit ſemper, uniuerſum autē fit aliquādo, qđ fieri nequit. Cum. n. actu ſit agens, & quod fit, actu fit, ambo igitur, ſemp hoc quidem fit, hoc uero agit & quomodo initiate, aliquādo ſapiētiſſime nullam alterationem ſubiens, ſiue agit, ſiue nō, ut demōſtratum eſt. quid. n. ipſe ꝓceptor ſeipſo ꝑfectior docens, & nō docens euadit. aut ædificator ædificās, & non ædificās. conſidera autem ſic rōnem. ſol corpus quoddā eſt ſplēdidum, ac luminoſum. igitur ſi quis nihil eorū, quæ uirtute ſolis luminoſi participāt, eſſe ſupponeret, ut ſi cœleſtia corpora ꝑſpicua nō eſſent, & aer, ut luminis actione frui ualerēt, imperfectus ne ſol eſſet? nō puto aliquem affirmaturū, non. n. in habitudine, quæ extrinſeca eſt, ſubſtātiarum cōpletiuæ uirtutes. ita. n. ſoluemus, Anaxagoræ rōnem introducētes, qui nullius naturam eſſe determinatā, ſed cuncta adinuicem in habitudine eſſe habere dixit, eiuſmodi uero opinionē pro uiribus Plato, & Ariſtoteles cōfutarunt. ſi igitur ſingula ſubſtātia nō in habitudine ad aliud eſſe habet, ſed ſolutas, ac in ſeipſas expletiuas ac ꝑfectiuas ſui uirtutes habet. hinc liquet & ſolem ꝑfectum ipm eſſe ſecūdū ꝓpriam ſubſtantiam, quāuis illuminatricis uirtutis eius nullū, qđ participarit, eſſet. Igitur ſi & inuenirētur participātia, nihil magis ipſe ſeipſo ſecūdum perfectiuas ſuas uirtutes, aliquid plus habebit, idem & in ignis calefactiua uirtute, ſi. n. nō ſit aliquid, quod incaleſcere poſſit, nihil minus ſecūdum ſubſtātialem ſuam rōnem ignis ꝑfectus eſt, atq; item exiſtente aliquo quod incaleſcat, nō magis ſeipſo ꝑfectior ipſe euadet, qm̄ non ut ad aliquid, neq; in igne caliditas, neq; in ſole luminoſa exiſtit uirtus. expletiuæ. n. atq; perfectiue ſubſtantiarū uirtutes, ſine quibus nō utiq; ſubiectū conſeruari quiret, ipſe ſecūdum ſeipſas ſin habitudine rebus inſunt. qm̄ & in ꝓfundo teſta ꝑfectam coloris rōnem habet, & ſi ipm nullus comꝓhendat ſenſus, ſi uero in corporibus hæc, quomodo nō uere blaſphemus, & egregie impius, qui nō tantū cauſæ rerum effectrici in eſſe concedens, neq; nō, eius non ſine habitudine ſubſtātiales uirtutes eſſe uolēs, ut enim natura, & per ſe ignis calidus, & ſol luminoſus calefacit, ac illuminat in habitudine, quæ externa reſpicit. ita quidem & Deus opifex quidem eſt ſemp ſecūdum habitum effectricū rationum ꝑfectum, ut & ædificator, & ſi nō ædificet. Creat uero, cum iā & ad externa ꝓpriam ꝑmit actionem, nō tamē perfectionem ab hac ſuſcipit. non. n. actionibus extrinſecus, ſed uiriutibus ſubſtātialibus quæq; res deſignatur. Homo. n. ſecūdum habitum rōnalis eſt, & ſecundū hunc habet eſſe, nō quia diſſerat, & ſi. n. non diſſerit, nihil minus rōnalis eſt. & nix frigida, quis non refrigeret, quia quod recipit frigiditatem abeſt, idem & in omni actione. ſi autem adhuc contenderint non aliter Deum protectum eſſe aſſerentes, niſi ab æterno mūdum fabricatus fuerit, modicum quid nobis interrogantibus reſpondeant.

Quod diuinum, & ipſum ſuipſius expletiuum eſt nibil externorum in ſuam ꝑfectionē indigens, & q, in ſempiterna opificum rōnum non in efficientia perfectionem habet. Cap. XII.

Diuinum ne ſufficiens, ac ipm ſuæ uirtutis, & ſubſtātiæ expletiuum eſt, an non? ſi igitur nō ſufficiens, in aliorum capita maledictio. ſi uero potens, & ipſum ſibi ſatis, ut nō indigum ſit, & perfectum, & eorum, quæ extrinſecus, nullo indiget. extra. n. diuinā ſubam protſus oīa ab ipſa effectiue producta, uniuerſe habitudinis ſubalis, quæ eius eſt, aliena conſtituta ſunt. ꝑfectus igitur Deus, & ipſe quāuis nullum ſuorū operum exiſtat, a ſeipſo perfectus, & aliter, ꝑfectio, & ſufficientia diuinæ ſubæ, uel ibidē in ipſa ex ipſa ineſt omnino, nulla extrinſecus potentia indigens, uel alicūde, unde perfectio ſuppeditetur, ſiquidem aliūde, ſuppeditans eo, cui

ſuppeditant,

ſuppeditatur beatius, ac lõge prius, atq; ualẽtius eſt. qm̃, quomodo utiq; dedit, qđ nõ habuit. qđ igitur hoc eſt? quid uero aliud ſecũdum ipſos, quã opera, & effectus, ſine quibus Deũ perfectum nõ eſſe dicere non horrẽt. Si. n. Deus aliter perfectus nõ exiſtat, niſi & effectus ſint. effectus ergo agenti ꝑfectionem impertiet. ita qdem ſi nõ ex ipſa eius ſubſtãtia, ſed extrinſecus Deo perfectio accedit. ſi uero extrinſecus nihil, hoc. n. manifeſtum, & his qbus utrũq; de Deo liquet, ex ipſa uero ſubſtãtia accedit Deo ſufficientia, ac ꝑfectio, alioquin perfectus non eſſet, niſi ſemꝑ una adſit ipſi ab ipſo ꝓducta. Pars igitur diuinæ ſubſtãtiæ res omnes, & rerũ poſtreme materia. ſubſtãtiarum. n. expletiuæ, partes earum ſunt. ſi. n. perfectionem a ſua ſuƀa ineſſe Deo confeſſus eſt, nõ aliter ꝓfecto eſſet ſecũdum græcas ſuppões perfectus deus, niſi perpetuo mũdus cum ipſo una exiſtat. ſuƀarum uero expletiua, ac perfectiua, ipſarũ partes ſunt, ut rõnale hominis, & noſtri corporis manus, pes, ſubſtantiæ igitur Dei mũdus pars erit, & quæ ſequũtur, ipſi inſerant. ita. n. & Deus erit corpus, & quæcunq; corporibus adſunt, perpetietur, & ſecus, ſi Deo perfectio nõ ineſſet, niſi res æterno una cũ eo fuerint pluſquã ſuis operibus tribuit Deus, ab ipſis uiciſſim accipiet. dans. n. ipſis eẽ, ab eiſdem uiciſſim, ut ꝑfectus ſit, accipit. Longe. n. præſtabilius ipſo ſimpliciter eſſe, ꝑfectum eſſe, quãobrem Deus nõ ꝓpter ſuam bonitatem ꝓducet res, in quo eſſe nõnulla ſunt hac participãtia, ſed ut ipſe ſine triſtitia, & ſufficienter degeret, perfectionis cauſãm in ſe cõſiſtẽtem habẽs. quemadmodum & nos forte ꝓpriæ conſtitutiõis cauſa efficimus domus, ueſtes, & eiuſmodi nõ in eo, illa beneficio ut afficiamus, ſed eo qđ noſtre præuidẽtes conſulamus quieti, ſapientes igitur latuere ſeipſos, ex qbus Deo perfectionẽ iniungere uolunt, per hæc ipm̃ imperfectum ꝓbantes, & ipm̃ ſibi non ſatis eſſe ad perfectionem, ſed ad ſuƀam, his, quæ ab ipſo ꝓducta ſunt, indigũ. ſed ad hæc forte aliquis dicet, minime nos res cõferre Deo ad perfectionem aſſerimus, ſed actionem, quæ cunctorũ effectrix eſt, quæ in ſubſtãtia Dei ineſt, quã omnino res eſſe conſequitur, ſed nihil minus & ꝓpter hæc inſeretur abſurdum. Si. n. nõ ſint res ædite, actio imꝑfecta, actione uero imꝑfecta exiſtẽte, Deus non eſt perfectus, perfectio igitur per actionem mediã ipſi ex effectibꝰ accedit. ſed nõ actiones, quæ in habitudine, quæ exterius ſpectãt, ſunt, agentium ꝑfectiuæ ſunt. o ſapiẽtiſſimi, hoc. n. & Ariſtoteles non aſſerit ꝑceptorem & in uniuerſum aliquid oꝑantem ex actione, quæ ad externa reſpicit, alteratiõi pati, qm̃ quod perficitur, aliquid patitur, atq; alterationẽ ſubiit, agens uero affectionem, aut alterationẽ nullã ſuſtinet, ut non raro demõſtrauimus. quãobrẽ, neq; cum docet, ꝑficitur ꝑceptor. Si uero docere perfecti habitus ꝑceptoris perfectiuum non eſt, neq; agere igitur ꝑfectiuum effectoris ſubſtãtiæ erit, ſed ipſa ſola effectrix uirtus, atq; habitus, ut Dei eſſe in habitudine ad effectus nõ exiſtat. Si. n. agere ſubſtãtiæ diuinæ abſolutionẽ imꝑtiret perfectionem, agere uero in habitudine, quæ ad effectus eſſe habet, opiſex. n. opificiorum opifex exiſtẽs operatur. in habitudine igitur quæ ad opera reſpicit, ut ꝑficiatur, atq; expleatur, diuina habet ſubſtãtia. ita utiq; ad ſuƀam his indigeret, quibus eſſe dedit, quo utique quid impium magis de Deo ſuſpicari poſſumus? ſi igitur eiuſmodi de Deo intelligere, aut diſſerere, illa omni referta impietate, id, ut dicerent, eos impulere, niſi ſemper ſit mundus Deus prius erit imperfectus, quam gignatur mundus, perfectus igitur Deus, quãuis eorum, quæ ab ipſo producta ſunt, nihil exuerit.

Quod non mõ vniuerſaltum, ſed admodũ particularium Deus eſt opifex. Cap. XIII.

COnſiderata uero, & hic dignũ cenſeo. omnium Deum eſſe cauſam a primis uſq; ad extrema, opinio, quæ unum rerũ initium aſſerit, credere cõpellit. Circa. n. cũctorum regẽ omnia, inquit, Plato & illius gratia cũcta, & ipſe cũctorum bonoꝝ cauſa. ac item ipſe initium, inquit, & finẽ rerum medium Deũ continere, neq; multorum principatus bonũ, unus princeps ſit, ut Homero, atq; Ariſtoteli uidetur. ſi. n. nõnulla eorum, quæ gignuntur per qualdã cauſas medias in lucẽ eduntur, at certe planum eſt oium longe maximã cauſam ſubſiſtẽtiæ ipſorum primã eſſe cauſam quæq; mediis cauſis, ut cauſe ſint, uirtutem ꝑbet, cauſam uero primã, quã proximã cauſam, eſſe magis cauſam ex ipſis quidem ꝑſpicuum eſt rebus. ſiquidẽ, ut dixi, & ſe

cundis cauſis, ut ſint cauſæ, uirtutē illa tribuit, nihil uero uetat & Ariſtotelē hoc quidem ipſm diſſerētem in medium afferre. in octauo naturalis auſcultationis libro aſſerit motum a mouē-te moueri, & mouētem, aut abſq; medio mouere, aut p plura media, ut ſi quis baculo moueat ianuam, hic.n. primum mouēs eſt anima, poſtremum uero baculus, anima eni manum mouet, baculū uero manus, & ianuam baculus. Hæc igitur diſſerēs infert, quod illa mouere dicimus, & poſtremum. illud.n. mouet poſtremum, ſed non ꝓpter hoc primū, abſq; uero primo poſtremum nō mouebit, illud uero abſq; hoc, ut baculus nō mouet, ſi homo nō mouet. & paulo infra. Item inquit ipſe, planū.n. moueri a mouente ſuperiore omne motū ac magis a primo mouētium, & itē paucis interiectis. Non.n. erit primū mouēs, ſiqdem utrūq; mouebit uiiūq;, q.n. primum eſt mouēs cauſa magis mouendi, q̄ contiguum ac ꝓximum & mouebit magis. Bifariam.n. mouere erat hoc quidem eo qđ, ipſum ab alio motum, hoc uero a ſeipſo. ꝓximū uero magis, longius moti principio quā medium. Manifeſte igitur per hæc ait, quāuis media ſint plura mouentia, motus cauſam primā longe magis motus cauſam quēadmodum in exē-plo, qđ poſuit. anima.n. magis quā baculus, ut ianua moueatur, cauſa eſt. & ꝓpter hoc nō immerito moto ꝓpinquius eſſe inquit, remotius mouēs, ut anima ianue magis, quā baculus, ꝓpinqua nō loco ſed uirtute, & cauſa motus. qm̄ igitur anima prima motus eſt cauſa, ꝓpiquiorem magis ianue aiam, quā baculus eſt eſſe aſſerit. qđ uero in motu aſſerit Ariſtoteles, hoc & in omni cauſa uerū eſſe perſpicuum eſt. Et.n. ſi p̄ceptor per aliquem reſpōdentem docet, docendi cauſa magis p̄ceptor eſt, quā qui p̄ceptorem interp̄tans. & eadem in generatione ratio. Prima.n. generationis cauſa, quā proxima cauſa, cauſa magis eſt. ſi.n. & generatiōis cauſa pater eſt, at cauſa magis. ſ. Deus eſt effectricem in natura uirtutem iaciens. et.n. ſi opificem non primā cauſam eſſe uolunt Itē cum prima ſecūdum ipſos Deus cauſa eſt, effectori ut ipſe ſit effector, ille utiq; & cūctorum ſubſiſtētie maxima cauſa eſt. His igitur ita demonſtratis, neceſſe eſt particularium generationis primā cauſam Deū eſſe, quāuis millia cauſarum decē ſupponātur, & in ſecūda ipſius Procli rōne uerba adiecimus ex ratione, quæ de decē contra ꝓuidentiam dubiis, in quibus manifeſte opificā, & prouidētem Dei uirtutem uſq; ad extrema, & admodum ex qua ptinere Proclus oſtendit. inquit.n. ita ſummatim igitur dicētes cūctorum ꝓductiuum illud unū, cūctorum cōſeruātium eſſe dicimus omnis ſubſtātiæ uerioré ſubſiſtētiā & omni cognitione illuſtriorem habēs, atq; item illud uero in uno manēs intrāſibile ſimul, ac impartibile, & nō diuerſo cuncta cognoſcit modo, & nō hominem ſolū, atq; ſolē, & omne, qđ eiuſmodi eſt, at & ſingularium quēq;. nullum.n. illud unū fugit, & ſi dicas eſſe, & cognoſcere, & item, ita & ꝓuidentie ſingularis cognitio in eodem impartibili oīum eſt diſgregatoꝝ cognitio, & maxime indiuiduorum ſinguli, & uniuerſalium maxime cuiuſq;, & ut ſingulū ſecūdū unum cōſtituit, ita & ſecūdum unum cognoſcit, ſingulum ad indiuidua maxime uſq; opificā Dei pertinere uirtutem neceſſarium eſſe ex his omnibus perſpicuum eſt.

Quod quibus noſtram de mundo ſuppoſitionem in incōmodum ferre uidentem, aſſerentes q. ſiquidem factus eſt mundus, prius q̄ fieret, potentia erat, eius opifex, & hac imperfectus his ipſis in maiorem abſurditatem ducunt, ſemper potentia eſſe Deum opificem & ſemper imperfectus exiſtentem ſuis conſtituentes ſuppoſitionibus. Cap. XIIII.

QVoniam igitur Deus, ut & particularia, ac indiuidua admodū ſint, cauſa eſt, ut Socrates, & Plato, hic equus, hæc planta, reſpondeant nobis. utrum indiuiduorum omnium actu ſemper Deus effector eſt. an non? ſiquidem omnium actu eſt effector, quo pacto cuncta non ſimul p̄ſentia ſunt, ſed hæc quidem corrupta ſunt, aliqua ſubſiſtunt, nōnulla futura ſunt. futurorum igitur, ſiquidem actu eſt opifex, quomodo futura p̄ſentia non ſunt? ſi uero potentia, quod uero potentia ſecūdum ipſos imperfectum, ſemper igitur ſecūdum ipſos Deus imperfectus. ſiquidem ſemper indiuiduorum partim quidem corrumpūtur, partim uero, in futurū ſunt generanda. Et ſi ſecūdum ſapiētem Proclum cum potentia mundus exiſtat, & huius opifex potentia erit, ut in tertia rōcinatus eſt argumētatione, & ꝓpter hoc altero, ut hunc in actio-

nem

nem perducat, opus eſt, & ſiquidem ſecundus actu ſit, & primum actu eſſe opificem eſt ne-
ceſſe. Si uero potentia, & ſecundus potẽtia, & alio item tertio indigere inquit, & hoc in infini-
tum, conſequẽs quidem omnino ſecũdum hanc ſuppõnem, aut cauſam indiuiduorum, quæ
futura ſunt, proximam potentia fore, aut & cauſam ꝓpinquæ cauſæ potẽtia eſſe, & ita ad pri-
mam uſq; ꝑgredientes & ipſam potentia dicere cõpellemur. ſi.n. prima cauſa actu eſt, ut ſecũ-
da cauſa ſit cauſa, & ſecũda actu erit cauſa, ſi uero hæc, & tertia, itẽ cauſa actu erit cauſa, & ita
ad extremam neq; cauſam. quẽadmodum ſi & poſtrema potentia eſt, ut potentia pater, & pri
ma ex neceſſitate erit. qm̃ igitur ſemp nõnulla futura ſunt indiuidua, homines dico, & plantas
& reliquorum quodq;, planum ꝓximam generationis horũ cauſam potẽtia eſſe cauſam. quã-
obrem & huius cauſæ cauſa, potentia erit. & ita ad primã uſq;. omne uero potentia, ut aſſerũt,
impꝑfectum, ſemp igitur ſecũdum ipſos cauſa potẽtia, & impꝑfecta erit prima. & ſi eorum, quæ
per generationem iam in lucẽ ædita ſunt, actu Deus eſt opifex, ſed futurorꝫ tamẽ potẽtia erit,
aut igitur cõcedere neceſſe eſt, qđ ſecundum habitum potentia eſt, ꝑfectum eſſe, aut in uniuer
ſum Deus futurorum ſemp imperfectus opifex erit, ſemp.n. futurorum potẽtia erit opifex nõ
modo uero in particularium creatiõe, ſed uniuerſaliũ quoq; hoc accidere neceſſariũ eſt. quo
rum Deus ſine medio eſt opifex, cœlum.n. & cunctas ſpẽs, ut aſſerit Plato, ſine medio produ-
xit. in Timæo igitur poſt hominis generationem ad cœli incolas Deos, & intelligibiles, ac ſen-
ſum manẽtes ſolem, lunãq; & reliquos eiuſmodi quædã diſſeruit. Oratio uero ſic habet. quo-
rum igitur omnes, quicũq; immanifeſti uoluuntur & qui quatenus uolunt, apparent Dei, ge-
nerationẽ ſortiti ſunt. ad ipſos, qui uniuerſum condidit, hæc diſſerit, Dei Deorũ, quorũ operꝫ
ego parens, effectorq; ſum. & paulopoſt nunc igitur qđ dico demonſtrãs ꝑcipite, tria reliqua
reſtãt mortalium genera, quæ a nobis generãda ſunt. quibus ꝓtermiſſis cœli abſolutio ꝑfecta
non erit. cuncta.n. complexu animalium genera non cõtinebit. Oportet uero ut cõtineat. ſi oĩ-
no perfectus futurus ſit, per me uero ſi fiãt & cuncta uita participant, Diis equari poſſunt, ut
igitur mortali generentur cõditione, & uniuerſum uere uniuerſum ſit, uos ſuſcipite, ut illa gi-
gnatis, uim meam imitamini, qua in ueſtro me uſum ortu meminiſtis. in quibus qui tales cre-
antur. ut cum Diis immortalibus cõmuni nomine cenſeãtur, diuini generis appellentur, om-
niumq; animãtium teneãt principatum, uobis iure, & lege pareãt. quorum uobis initiũ a me
traditur. Si igitur omnia, quæ in cœlo, ac prorſus æterna, ut ipſis uidetur abſq; medio ab opifi
ce ꝓducuntur, utrum ſemp eadem ꝓducit Deus, an a ꝓductiõe cum ſemel ꝓduxiſſet eadem,
quieſcit, reliquum uero cõſeruãs, atq; cõtinens. ſi igitur quieuit a ꝓductione omnino, & orſus
fuerat. omne.n. quieſcens omnino neceſſe eſt, & inchoaſſe. ſi uero ſemp agit, hoc.n. ipſis uide-
tur, ut & Proclus in ſuperioribus non raro declarauit, in tertio igitur aſſerit capite, qđ ſi actu
opifex ſemp opifex, & opificium ſemp actu erit opificium. Et item in eodem ſequitur, & effe-
ctus eſſe actu ſemp, & mũdum ſemp eſſe factum. & in quarto, & in quinto non aliena diſſerit,
necnõ in ea cuius dudum meminimus rõne, quã pro Timæo aduerſus Ariſtotelem cõſcripſit,
aduerbum aſſerit Proclus, mũdum ſemp fieri, & opificem, & feciſſe ſemp, & facere, ita & mũ-
dus ſemp efficitur, & factus eſt, & factus ſemp efficitur. & paulopoſt. quãobrem ſemp mũdus
efficitur, & ut ille fecit ſemp, & facit, ita & mũdus factus eſt, & efficitur ſemp, & cũ fit, factus ẽ,
& genitus, ſemper gignitur. Si igitur hæc uera, admiror, quomodo non animaduertit, qđ ipſe
ſuis capietur pẽnis. ſi.n. & iam mũdum creauit Deus, & crea tnunc, & ꝓpter hoc mundus, &
iam genitus eſt, gigniturq; nũc, atq; futuro gignetur tempore, eo qđ non, quẽadmodum æter
na, ſubitam ꝓſentem omnem habet ſubſiſtẽtiam, ſed tempore interpollatã, neceſſe qdẽ nunc;
qđ fit, prius, quã nunc extat, quatenus nũc fit, prius potentia eſſe. Si.n. & prius actu erat, ſed
non quatenus nunc eſt, ſed ut tunc generabatur, tunc & erat, & actu exiſtebat. ſi.n. ut nunc fit,
& eſt, prius, quã, nunc, exiſteret, & actu erat prius. nõ utiq; ſemp gigneretur mũdus, neq; eius
eſſe temporis interuallis diſtingueretur, ſed, ut æterna, ſubitam haberet exiſtentiã, at neq; ipſi
Proclo eiuſmodi eſſe uidetur mũdi ſubſiſtẽtia. Dicit igitur in rõne, cuius mẽtionem fecimus,
aduerbum hæc, ſi uero aliquãdo futurum uocat Deum mundum Timæus. forte.n. quibuſdã

hoc turbationem incuteret, nunq̃ in temporis parte ipſi ortum tribuit. Aliquādo.n. partem tē poris aliquam eſſe a nobis dicēdum. ut igitur omne in tēpore exiſtens ſiue infinito, ſiue finito, ſemp aliquādo erit. quātum.n. ipſius eſt, hoc in aliquo eſt tempore, nō.n. totum ſimul, ſed qa eſt eius pars aliqua tps eſt. ſi quid ergo in tpe quāuis in infinitum extendatur tps, eſt quidem aliquādo, in infinitum gignitur, ſed non aliquādo in aliud ſemp trāſlatum, & erat aliquādo & eſt aliquādo, & aliquādo erit, ſemp quidem iſtud aliquādo alterum eſt, eſt tamē, in quo ali quādo eſt, in temporis igitur parte ſubſiſtentiam habens, & gignitur aliquādo, & eſt aliquan do, & erit aliquādo, quod uero in omni tempore, eſt quidem aliquādo, gignitur uero ſemp gi gni ſemp inuicem, qđ ſemper eſt. ſi igitur, ut & ipſi uidetur Proclo, quia in tempore mundus eſt, ſemp aliquādo eſt. qm̃ quantum mundi eſt in ſubſiſtētia, hoc in parte temporis eſt aliqua, quoniā non aliter ſubſiſtit tempus, quā ſecūdum partem, & ſemper ab alio aliquādo in aliud trāſfertur aliquādo & erat quidem aliquando, & nunc eſt aliquādo. ita & erit aliquādo. futuꝝ uero aliquādo, quatenus erit aliquādo, nōdum nunc actu eſt. quoniā neq; futurum aliquādo, temporis pars nunc actu eſt, eſſet enim futurum iā actu p̃ſens, neceſſe quidem futurā aliquā do mundi ſubſiſtētiam, nunc potentia eſſe, igitur & cauſa future mūdi ſubſiſtentie, nunc potē tia eius eſt cauſa. quēadmodum.n. quia mundus actu iam aliquādo eſt, quin etiam potētia ſic nō aufert, quatenus erit aliquādo, eo quia cum tempore ſimul ipſius ſubſiſtētia priuationē ſu ſcipit, ita neq; ſubſiſtentie mundi cauſa, quia iam actu ipſa cauſa fuit, quatenus iā ſubſtitit quā ſit potētia, remouetur. quatenus ei erit cauſa ut rurſus ſit, ut.n. quod gignitur ſe habet, ita & gi gnētem ſe habere eſt neceſſe, atq; cōtra, ut gignens, ita & quod gignitur, ut & ipſi nō raro ante diſſeruit Proclus. ſi n. quatenus erit aliquādo mundus, nūc ipſius actu Deus eſt cauſa, cū ue ro cauſa, & efficiens actu ſit, & effectus, & q; fit actu erit Proclum in rōne, quā paulo ante recē ſui, diſſerētem audiuimus. & futura igitur aliquādo mundi ſubſiſtentia, nunc actus erit. qua re & futurum tps, in quo futūra erit aliquādo mundi exiſtentia, nunc actu erit. Futurum igiť ſubſiſtit iam actu, quod quidem, ut dicatur, fieri nequit. nō igitur contingit, quatenus erit ali quādo mundus, nūc ipſius actu effectorem eſſe Deū. igitur ſi quatenus erit aliquādo mūdus, nunc nōdum actu, ſed potentia eſt, & cauſa igitur future exiſtentie eius, nunc quatenus gigne tur, ipſius potētia cauſa eſt. qm̃ & temporis futuri, potētia nūc cauſa Deus eſt. ſemp uero erit tempus, & ſemp erit aliquando mundi exiſtētia, ſemp igitur & Deus potētia erit, & temporis, & mundi cauſa. ut.n. ædificator, quia iam ædificauit, non remouetur, quin ſit potētia futuro rum ædificiorum ædificator, ſed quatenus ædificauit, actu. ædificator eſt, quatenus uero ædi ficabit, potētia. ita quidem & Deus, ut mūdum, & tēpus aliquādo condidit, ipſorum actu cau ſa eſt, ut uero aliquādo erit mundus, & tempus, erit igitur ipſorum ſemp potentia opifex De⁹. quo igitur deterius, ac imperfectius ſemper eſſe potētia, eo q; potentia aliquando, eo magis in maiorem incidit abſurditatem ipſorum ſuppoſitio perpetue mūdi generationis, ꝓpter aptā, & idoneam atq; ineuitabilem ipſorum contra ueritatem argumentationem.

Quod maleficius item Proclus in rationibus deprehenditur. Cap. XV.

Pereptium quidem fore arbitror, ſi Procli rōnum fraudem intelligamus in his uerbis, q̃ nuper recenſuimus. nāq; quo feratur oratio, dico, ut opifex ſemper potentia eſſe oſtēda tur, minime neſcius, & ſi callida orationis arte occultare nitatur, nihil uero minus ita ab ipſa ꝑ ſpicue cōp̄henſus eſt ueritate. dicēs.n. qđ omne in tempore eſt ſiue infinito, ſiue finito, ſem per aliquādo eſt, quāobrem, quātum eius in tempore eſt aliquo, id eſt nō ſimul totum eſt tem pus. Pars.n. poſt partem ſucceſſiue, & item, quod, ſi quid in tempore eſt, quāuis in infinitū ꝓ tendatur tempus, aliquādo eſt, & quod ſemper ab alio aliquādo, in aliud tranſmutatur aliqñ, & erat aliquādo, & aliquādo eſt, atq; aliquādo erit, & qđ ſemp alterū, aliquando eſt, tñ in quo eſt aliquando. Cum hæc diſſeruiſſet, atq; quod dixi, ſentiens, qđ neceſſe eſt ſecūdum eius ſup poſitiones cauſam futuri aliquādo, quatenus aliquādo erit, potentia, nunc eſſe cauſam, nō.n. actu. ſiquidem fieri nequit, futurum, quatenus erit, nunc ut actu ſit. hoc occulere ualens addi

dit,

dit, quod eſt quidem aliquãdo, fit uero in infinitum, ſed non aliquãdo. & item. hoc quidẽ igit̃ in temporis parte ſubſiſtentiã habens, ac aliquãdo gignitur, & eſt aliquãdo, hoc uero in omni tempore, eſt quidem aliquãdo, ſemp uero gignitur, ut ſemp gigni, dicendo, & non aliquando, caueat, potentia dicere eſſe, eius, quod gignitur, factorem, ut arbitratus eſt, & hoc ſiquidẽ ſemper in continua, atq; minime interrupta generatione mũdus cõſtitit, ac dum gignitur, eſſe habet. ſi nõ aliquando gignitur, ſed ſemp, non aliquãdo erit, ſed ſemp, eſſe. n. ipſius, dum fit, ſubſiſtentiam habet, ſi uero, quia in tempore ſubſiſtit mũdus, ac minime ſubitã omnem, ut æternam, ſuã cõſiſtentem exiſtentiã habet. quãobrem totum tps non, ut æternitas, ſimul ſubſiſtit, ꝑpter hoc, ſemp in hoc aliquãdo eſt mundus, & non erat non aliquãdo, & eſt aliquãdo, neq; non erit aliquãdo, ab alio aliquãdo in aliud aliquando ſemp permeans, ipſius uero eſſe aliud, quã gigni non eſt neceſſe. igitur queadmodum erat, aliquando, & eſt aliquando, neq; non erit aliquãdo, ita & genitum aliquãdo, neq; non gigni aliquando, atq; futurum, ut gignatur aliqñ, non enim ſecus eſſe, quã, dum fit, participat. ſi igitur gigni, aut nõ aliud eſt, quam ipſius eſſe, aut cauſa eſſe, gigni eſt, ut eẽ ipſius ſe habet, ita haberi, & gigni neceſſe eſt. Siquidem idem ſit propter hoc, ſi uero cauſa, qm̃ uidetur & ipſis, queadmodum effectus habet ſe, ita & cãm habere, atq; contra ut cauſa, ſic & effectus. quãobrem ſi aliquando eſt mundus, & neceſſario gignitur aliquãdo, atq; ſeorſum a generatione, ipm per ſe dicere mũdum aliquãdo futurum fore, ſi non abſq; opifice cauſa, erit neceſſe, & futuri cauſam, quatenus erit, nũc ſecũdum ꝓprias eorum ſuppoſitiones potentia eſſe. Si igitur ſemp futurum fore habet mundus, quia & tẽpus, & cauſam ſemp futuri, quatenus erit, potentia eſſe, eſt neceſſe. quãobrem & ſeorſum a dicẽdo futurum, ut gignatur mũdus, in idem abhorrẽs oratio detruditur incõmodum, dico quidem ſemper opificem potentia eſſe Deum, atq; imperfectum ſemper, ꝑpter eorum ineuitabiles argumentationes, neq; calliditate adumbrare abhorrẽtem ꝓpriarum ſuppoſitionum incõmoditatem Proclus ualuit.

Quod & ſecũdum cõmunes notiones & ſecũdum philoſophum Plotinum ipſe a ſeipſo perfectus eſt opifex Deus nihil eo q; efficiens, poſtea aſſumens imperfectionem eo q; omnia iam præcognitione Deo præſentia adſint etiam num quæ nondum in lucem edita ſunt. Cap. XVII.

SI igitur ſecũdum pias de Deo notiões ipſe ſuipſius Deus abſolutio eſt, nullo, quod ab ipſo productum ſit, ad perfectionem indigens, planum qd', neq; ex rerum exiſtẽtia ad pfectionem quicquã recipit, neq; ideo, quod hæc nõ ſint, ipſe ſeipſo erit imperfectior. qd' auctore Plotino, & quæ nõdum ſunt, ut res Deo pſentes ſunt. adiecimus igitur ipſi & prius deciſionem ex ratione, quã de intelligibilibus, uel de bono habuit, cuius, & nunc reminiſcamur, dignum cenſeo. de opifica. n. in illis Dei potentia differens hæc, inquit. at quidem, ſi oportet ſingulã actionem non imperfectam eſſe, neq; uero phas Dei quod uis aliud quid putare, quã totum, & omne oportet in quouis eorum, quæ ipſius, cuncta ineſſe, oportet igitur & iſtud ſemp eſſe, oportet & futurum iam pſens eſſe, nõ quidem poſterius in illo, ſed iam illic pſens, poſterius in aliud gignitur. Si igitur futurum iam pſens eſt, neceſſe ita adeſſe, ut ante intellectum in poſterius, hoc uero eſt, ut nihil tũc indigeat, hoc uero eſt, ut nihil deſit, omnia igitur iam erãt, & ſemp erãt, & ita erant, ut dicatur, poſterius hoc ꝑpter hoc. Extenſum quidem. n. & tãquã explicatũ, habet hoc, ut demõſtretur, poſt hoc. tamen uero omne hoc, hoc uero eſt. & in ipſo cauſam habens. ſi igitur philoſopho Plotino auctore futurum, & qd' nondum factum, iam Deo pſens eſt, & nihil apud ipm poſterius, ſed poſterius futurum, iam pſens Deo eſt, ac ſemp adeſt, & ita adeſt, ut in poſterius pcognitum, & ꝑpter hoc ſingula Dei actio perfecta eſt, ut p notiõe capiens, quæ poſterius fore futura ſunt. ut Dei actio nihil deficiat, nulloq; indiget. cum qd' prius futurum, poſterius iam pducit. Si hæc uera, neceſſe quidem hæc cõcedere ipſos, & ſi ab aliquo pricipio mundus ſubſiſterit. quare planum, & priuſquã cõſtiterit mundus, Deo pſentem fuiſſe, ut ante cognitus poſterius, & ꝑpter hoc pfecta opifica Dei actio, nihil poſterius eẽ apud Deum, qm̃ poſterius futurũ, iam ipſi pſens præcognitione eſt, & nullo poſterius indigere, ut in mundi ꝓ

ductionem accipiat,his igitur,& apud ipſos ſecũdum cõmunes de Deo notiones,quaſi cõfeſ-ſis,quomodo nõ ſunt admodum impudẽtes,& ut ipſi putant pulchra placita defendentes, qđ ſi mũdus æternus non ſit,prius,quã ipſe gignatur,huius opifex erit imperfectus,& cum crea ret tẽpore indigeret,atq; nõ expers alterationis erit.ipſe igitur ſuiipſius in omnibus cõplemẽ-tum exiſtens Deus,nihil ad externa habitudinis in perfectionẽ conferẽtis ſuam capiet.

Procli ſucceſſoris Ratio Quinta.

An negatiõe ad dita legẽdũ ſic & non cœlum eſt. conſidera.

QVinta.ad hæc,ſi una cum cœlo tempus eſt,& cœlũ eſt,cum tempus nõ ſit,neq; tẽpus,ſi non exiſtat cœlum.tempus uero nõ erat,quando nõ erat,neq; erit,quando nõ erit. ſi.n. erat,cum nõ erat tempus,ut uidetur,quãdo non erat tempus,tempus erat.aliquando.n.exñs, eo quod aliquãdo non ſit,dicitur eſſe aliquãdo,neq; ſemp exiſtens,neq; nũquã,utrorũq; uere medium.ubi uero ſit aliquando,tempus eſt,& ſi erit,quãdo non erit tempus,cadens abeſſe ali quando,in nõ eſſe aliquando,cum nõ ſit tempus,tunc erit tempus,cum tẽpus nõ erit, aliquan do.n.ad tempus ſpectat.ſi igitur neq; erat,cum tẽpus non erat,neq; erit,cum tempus nõ erit, in utriſq;.n.aliquando,cum tẽpus non ſit,erit exiſtens tẽpus ſignificans,ſemp igitur eſt tem-pus.Huic.n.aliquãdo aut id opponetur,aut hoc nũquã,ſed hoc nũquã,haud quaq̃ fieri põt, nãq; omnino tempus eſt.ſemper igitur eſt tempus, una uero cũ tempore cœlum,& cum cœ-lo tempus,cœli nãq; motus menſura eſt,ut uitæ ipſius animalis æternitas.quod & ipſum tem-pus eſſe ſemper demõſtrat.ut ne æternitas,aut nullius ſit exemplar,cũ æternitas ſit ſi non exi-ſtat tempus,aut neq; ipſa poſſit ſemper manere,quod eſt.ex nõ eſſe,in eſſe,aut in non eſſe, ex eſſe tranſiens exemplar.& cœlum ſemper eſt,ut tempus,una cum tẽpore editũ,& neq; prius, neq; poſterius tempore ortnm,ſed omni tempore,ut inquit ille,factũ exiſtẽs,atq; futurum.

Solutio Quintæ Rationis.

Quod cauillatorie Proclus neq; dictorum ſententiam ſed dictionum imbecillitatẽ cõtinet. Cap. I.

VAlde & hæc argumentatio cauillatoria exiſtit.non.n.ad id,quod per orationem ſignifi-catur,ſed ad dictionem oppoſitionem habet.ſi.n.erat inquit,quando nõ erat tempus,& erit,quando nõ erit.erat aliquãdo,quando tempus nõ erat,& erit aliquãdo,cum nõ erit.aliqñ inquit declaratiuum tẽporis eſt.& ubi erat aliquando,tempus eſt.igitur tempus erat, cum nõ erat tẽpus,& erit tempus,cum tps non erit.Hæc quidẽ Philoſophus nimirum minime neſcius dictiones exprimere puras notiones nõ omnino poſſe,quid igitur,ſi nos accuratam ipſius di-ctionis librationẽ admodum euitantes,nõ dicamus,quod erat aliquãdo,cum tẽpus non erat, neq; quod erit aliquando,cũ non erit,ſed ſimplr ita,quod nõ eſt tempus,ſed initium,& finem eſſe habet.Si uero hæc aſſerentibus nobis colligeret Philoſophus qđ non ſemper exiſtens, eo quia nõ ſemper ſit,neq; nũquã neceſſe aliquando eſſe,& aliquando non eſſe,ut dictionis aliqñ apprehẽſio fiat,concedatur,& nobis ſuam cauillationẽ imitantibus modicũ quippiam oratio ne ludere.Recte.n.ſapienti Homero uidetur,quale quiſpiam dixerit uerbum non obtempe-rare,ut igitur ſapiens audacter dictum eius euitetur.

Quod non omnino aliquando temporis aduerbium de quo utiq; p̃dicetur ſectionẽ tpis declaret. Cap. II.

QVoniam.n.temporis partim quidem p̃teriit,partim uero futurum eſt.utrum futurum tẽpus,ut dies craſtina,erit aliquãdo,an non? ſi.n.nõ ſemper eſt craſtina dies,erit aliqñ, huic.n.aliquando aut ſemp,aut non aliquãdo opponuntur,ſuis nãq; utar uerbis.Si igit utrũ-que falſum.futurum.n.neq; ſemper eſt,neq; nõ aliquãdo.qm̃ non utiq; futurũ amplius erat, omnino aliquãdo eſſe neceſſe eſt.ſi igitur aliquãdo temporis eſt declaratiuum,& futurũ tem-pus,tempus eſt,erit igitur tẽpus,cum erit tempus.qđ igitur tempus,in quo futurũ tempus,ut cras erit,& item eadem de illo ambiguitas,& illud.n.aut aliquando erit,aut ſemp,aut non ali-quando.Cum uero falſum ſit qđ ſemper,& non aliquãdo ſit,aliquando.n.portionem aliquã declarat temporis,aliquãdo igitur erit aliquãdo,tempus uero aliquando,atq; illud tempus in

tempore erit, & hoc in infinitum. ſed ut exiſtimo, ludẽtibus pueris, qui ueritatẽ, & dictorũ ſententias negligunt dum ſyllabarũ garrulitati inhærent, & oratiõis ꝓlationẽ artificioſe adornãt, dictiões cõuellũt, nõ uiris q̃ igenio pollẽt eiuſmodi rõcinationũ nuel cauillationũ potiꝰ forma accõmodabitur. intellectũ. n. dictorum cõiectari oportet, & ſi tenuitas dictionis ad accuratã ſignificatorum declarationem minime perueniat. ut igitur hic aliquãdo fore, dicentes futurũ tempus ut cras, non tempus introducimus aliqđ, eo quia dicimus aliquando, quãuis ſignificãtiæ temporalis declaratiuum ſit aliquãdo, ſed ſolum per id, nõ ſemper eſſe futurum declaramus. ita quidem, & ſi quis dixerit aliquãdo non eſſe tẽpus, aut aliquãdo non fore, nõ tempus, per aliquãdo, alterum ſignificat, in quo non erat, aut nõ erit tempus, ſed ſolum neq; ſemp eſſe, neq; non aliquãdo, aliquando ſignificat. medium. n. uere erit aliquando huius ſemp, & huius non aliquando. ſi. n. cum dicimus aliquãdo non eſſe tempus aliquãdo temporis eẽ declaratiuum, planũ quod, & cum dicimus eſſe aliquando, futuram temporis ſectionem, tẽpus aliqñ ſignificat. huius. n. aliquando nõ eſſe, affirmatio eſt, aliquãdo eſſe. quod igitur affirmando aliquando ſignificat, hoc & in negando ſignificare eſt neceſſe. ſi igitur, cũ dicitur aliquando eẽ, & nõ ſemper futurũ, uidelicet craſtinã diem, ipſum per ſe aliquando nullũ ꝓprium indicat tẽpus, neq; igitur, cum dicitur, aliquãdo non eſſe tempus, ꝓprii cuiuſdam declaratiuũ aliquando temporis eſt, ut. n. in particula temporis, ut diei craſtini, aliquando futuri, nõ ſemp tempus ſignificat aliquando, ita & in uniuerſo tempore, ſi dicatur aliquando eſſe, aut nõ eẽ, & nõ ſemper tempus per aliquãdo neceſſario indicat̃, ſed ſecũdum utrũq;, aliud nihil, quã nõ eſſe ſemper tempus, de quo ꝑdicatur aliquando, ſignificatur. quomodo igitur non decet uirum Philoſophum ueritati ſole inherere gloriãtem. non rõnis ſentẽtiam perpendendo, in ſilire dictionibus, quoniam non ſecus ſignificari cõtingit, quæ initium, atq; finem ipſius eſſe habent, quam temporalibus eiuſmodi aduerbiis.

Quod neq; reliqua aduerbia temporalia paſſim temporis prorſus declaratiua exiſtunt. Cap. III.

QVod uero non in uniuerſum ſimul, ac aduerbio aliquo utimur tẽporali, protinus & tẽpus intelligatur, hinc perſpicuum exiſtit. ſi. n. aliquis ita dixerit, quãdo quod mouetur moueri deſiit, tunc quieſcere incipit, igitur qui ita dicit, qm̃ quando, & tũc temporis aduerbiis uſus eſt, quando, & tunc, ſtatim. & tempus declarauit. at fieri non põt. in uno. n. & eodem nũc quod mouetur moueri deſiit, & quieſcere incipit, neq;. n. finis motus, neq; quietis initiũ in tempore eſt. in tempore. n. aut quieſcere neceſſe eſt, aut moueri, qđ aptum eſt. ſupponit̃ uero neque motus, neq; quies, ſed motionis finis, quietis initium. nõ igitur temporis hic quãdo, & tũc declaratiua ſunt, ſed tẽporis finem manifeſtãt. quo motus fiebat, & initium item temporis, in quo quieuerit. quare in uniuerſum temporis aduerbia, ubi aſſumpta ſunt, tempus nõ ſtatim ſignificant. quid igitur impedit. & in ꝓpoſito, ſi quidem diceretur quod erit aliquãdo, cum nõ erit tempus, aliquando non tempus, ſed tẽporis finem, ſecundũ quem, eſſe tempus deſinet, notare, & ſi diceretur aliquando factũ eſſe tempus, non ab æterno eſſe, tunc iterũ temporis initiũ declarare, & primũ ſignum, ſeu nũc, quo eſſe inchoauit. hoc quidem modo, neq; erat, aut erit, in quo dictum utiq; ſit, omnino tẽporis ſignificatiua ſunt, uerbũ quidem eſt, declaratiuum exiſtentiæ eſt. ipſum uero ſequitur, & temporis declaratio, ur ſingulum quodq; uerbũ aliud quid ſignificãs ſequitur, qđ & temporis ſectionem declarat, non q̃dem propter hoc, & tẽpus ꝓrſus declarabit. de quo utiq; erat, aut erit dicatur. ſi. n. aliquis ita diceret quod, & priuſquam hoĩes, aut omnes, aut aliqui Deũ cognoſcerent, erat Deus. Hic igitur erat ꝑdicans de Deo, tẽpus, aut temporis aliquid, aut finem, aut initiũ ſignificat, qđ fieri nequit. nõ. n. in tempore diuinum eſt. Hic igitur erat uerbum ſolius Dei exiſtẽtiæ declaratiuum eſt. ſi. n. omnino tẽporis declaratiuum eſſet, erat, ꝑteriti temporis declaratiuum eſt, ꝑteritum uero nõ eſt. Cum igitur Plato de Deo dicat bonus erat, bono uero nulla de nullo unq̃ oboritur inuidia, Deum quidem ſecũdũ ſapiẽtem Proclum in tempore, & quidem ꝑterito, eſſe conſtituit, & ꝓpter hoc aut nõ amplius eſſe, aut non bonum, aut una cum tẽporis ſectione diſiũctum, neq; unitam, & ꝑpetuã exiſten-

tiam habẽtem. de quo.n.erat ꝑdicetur, de hoc eſt, non prædicatur, dicens.n. Socrates erat, uidelicet, ac ſi nunc non exiſtat. Fieri.n.haud poteſt, ut ita ſimpl'r ſolum dicatur, cœlum erat. eſt enim & nũc. ut ſi quis homo bonus exiſtat, fieri nequit, ut de ipſo idetermiate dicatur, bonus erat, ſed qd' bonus eſt, de eo qui amplius non bonus, at in prauitatẽ mutatus, dixerit aliqs, bonus erat, quaſi nunc bonus amplius nõ exiſtat. & ſi dicitur de his, quæ eſſe cum temporis extẽſione habent. & adhuc ſubſiſtunt, ut de cœlo, quod erat, & eſt. etenim erat cœlum, & nũc eſt. at quatenus erat, nunc uidelicet nõ eſt. eſſe.n. ipſius in tempore ꝑterito, nunc non eſt. ita enim ꝑteritum ꝑſens eſſet. quare quatenus erat de aliquo ꝑdicatur ſecũdum abſurdum illam exiſtẽtiam, non eſt nũc. Si igitur de Deo dicens Plato bonum erat, diuinũ, in tempore eſſe non cõſtituit, neq; ipm una cum temporis ſectionibus diuellit. non igitur, erat, tempus, de quo utiq; dicatur, declarat. & ſecus neceſſe eſt ipſos, aut cõcedere eſſe quædam intelligibilia, & diuina cœlo eminẽtiora, & a corporum habitudine abſoluta, ac libera, & adhuc magis Deum ipm primam intelligibiliũ, & ſimpliciter omnium cauſam, & principiũ, aut nulla eſſe aſſerunt intelligibilia a corporũ cõmertio, ac habitudine diſcreta. Si quidẽ igitur nulla eſſet res, neq; ipſa prima ſubſtãtia, cuius eſſe non referetur ad corpora, a corporib' ſeorſum nõ certe eſſe quiret. corporibus nãq; ſublatis, & quæ ad ea habitudinẽ habẽt, aboleri neceſſe eſt. ita uero ad ipſorum eſſe corpora conferẽt, & cauſe quodãmodo, ut illa ſubſiſtãt, erũt. ſed ſi hoc abſurdum, neceſſe igitur ſubſtantias intelligibiles, & abſq; cõparatione ſecũdum ꝑſtantiam, cunctorum cauſam Deũ omni habitudine, quæ ad corpora & mũdum, eminẽtius, ſublimiusue eſſe habere. enimuero & qd' tempus nihil aliud eſt, quã motus corporum numerus, aut & ſimpl'r dixerim, circa corpora eſſe habet. & hoc omnibus uidetur. anni.n. & mẽſes, dies, ac noctes, quæ tẽporis qdã partes ſunt, non ꝑter corpora eſſe poſſunt. Si uero numerus motus eſt tẽpus, tertiũ uidelicet a corporibus ſortitũ ordinem. omnis.n. motus naturalis corporũ eſt motus, tẽpus uero motus eſt menſura. aut ſimpl'r motionis quippiã. abſtracta igitur ab habitudine corpora maiori ambitus interuallo, & ab habitudine, quæ ad tempus refert', aliena ſunt, q̃ a corporibus tertium eſt. ſi igitur hoc uerũ, contingit uero de intelligibilibus, & de Deo dicere nos, qd' erat Deus, et prius, quã hoc, aut hoc fiat, & hoc, plena eſt non ſolum cõmunis hoium cõſuetudo, ſed & omnis ſapiẽtium uſus. Eſt.n. quãdo aliter, nos ut dicamus, fieri non põt, propter ſuppoſitarum rerum declarationem. Non igitur erat, quouis modo, & de quo dictum eſt, tempus omnino introducet, qm̃ & dicimus qd' erat tempus, & hic tamẽ temporis nõ eſt declaratiuum, erat. ſic.n. duo utiq; ſimul erũt tempora, ipm uero tempus, de quo erat ꝑdicamus, & ipſum erat, qd' abſurdum eſt. atq; tria ſimul erũt tempora, ſi ita quis dixerit, qd' erat tẽpus quãdo Socrates erat, duobus erat, ſinguloq; ſeparatim tẽporaliter intellecto. ſed ridiculũ puto, ſi unicuiq; eiuſmodi apparuerit. Intelligere.n. quiſpiam, & quatuor in eodẽ tẽpora poſſet, & quinque toties erat in una oratiõis dictione aſſumens. Si igitur manifeſte in dictis exẽplis erat ſolius ſubiectorũ ſubſiſtentie declaratiuũ eſt, nullius uero tẽporis. nõ igitur erat, de quo utiq; dicatur, oino tempus declarabit. nõ alio modo, neq; erit uerbum, de quo dicatur, omnino ipm per ſe temporis ſectionem, futurum ſignificat. & propter hoc aientibus nobis, ſi ita cõtingerit, quod erit, quãdo non erit tẽpus, ipſi uero erit in tempus trãſferentes inferũt, quod erit tẽpus, quando nõ erit tempus, ſi aliquis ita enuntiãs. dixerit, qd' quemadmodum erat tempus, & eſt nũc tempus, ita & erit tempus, deinde ſi quis hac ſapienti uia incedens, erit in tempus trãſferens, inferret uidelicet qd' erit tp̃s, quãdo nõ erit tempus. ſi.n. uerũ qd' erit tp̃s. erit uero tẽporeũ. erit igit' tp̃s qñ non erit tempus, & quæ horum tẽporum differentia futuri aio, & huius quãdo erit, & de illo uero tempore, in quo erit tempus, nihil minus eadem dicere cõtingit. & ita in infinitum ꝑgrediemur, tempora tẽporum quęrentes, ſed fieri non põt ſimul, & ſecũdum idem, duo ut ſint tẽpora, ne & infinita cõcedamus. ſeorſum. ſi non alterũ alterius pars eſſet, & ab ipſo cõtineretur. ut ſi quis ꝑſentem eſſe dixerit mẽſem quẽuis, & decimum eiuſdem diem. nõ hoc ſignificat affirmatio aſſerens, qd' erit tempus, ſed ſimpliciter qd' non nunc deſinit tẽpus, ſed & rurſus erit. ſi igitur ſecũdum argumentationẽ Procli. affirmationem, quæ aſſerit; tempus erit, abſurdũ ſe-

cutum eſt. hoc uero erat, temporis eſſe tempus, aut eſſe in tẽpore tempus, falſa igiť ipſa, negatio uero huius uera. Siquidem contradictionis uel affirmationem, uel negationẽ ueram eẽ neceſſe eſt. ſi igitur falſa eſt affirmatio, quæ aſſerit, erit tẽpus, quãtum ad Procli argumẽtationẽ ſpectat, huius negatio uera, nõ erit igitur tẽpus. quãobrem in cõtrarium ex hac admirabili diſciplina ſibi oratio circũacta eſt. Qm̃ autem cõtingit quædã, & ita enuntiare, qď erit tp̃s, quãdo forte pluuia erit, uel alterũ eorũ, quæ gignũtur, quippiã. Rurſus & hic erit in tempus traducto, non modo primo erit. ſ. ſed & altero ſi omnino temporis declaratiuum eſt, erit. & amplius, & quãdo temporis aduerbio. quomodo nõ deridendum erit aſſertum, quodq; intelligi nequit, quater tempus nobis deinceps uoce enũtiantibus. & in alia eiuſmodi ſexcẽta abſurda per exẽpla omnino Philoſophi argumẽtationem inferre licet. Si igitur in his erat, aut erit ip̃m per ſe, tempus nõ declarat, ſed, cum dicitur tempus erit, ſolam futuram temporis ſignificat exiſtẽtiam, cum uero dicitur in tẽpore erit, quãdo pluuia erit. primũ quidem item erit tẽporis exiſtentiam, ſecũdum uero pluuiæ. Nõ igitur ſi quiſpiam aſſeruerit, erit, quãdo non erit tempus; erit, temporis declaratiuum accipiemus, ſed qď quædam erit cõſtitutio, in qua tẽpus non erit, nõ ſolũ uero erat, aut erit declaratiuæ tẽporis ſunt ſectiones, hæc quidem p̃teriti, illa uero futuri, ſed & eſt ip̃m, p̃ſentem temporis ſectionem ſignificat, quæ quidem tum p̃terite, tum future contra diuiditur, & nõ certe, cum dicimus, qď Deus eſt, temporalis aliquam ſectionem eſſe intelligimus, ſed ſolam æternã Dei exiſtẽtiam. nõ. n. dictionum imbecillitati res una, ut extenuentur, eſt neceſſe, ſed quãtum conducit ex ipſis in intellectorum ſignificãtiam ſumẽtes, ſiquid proprium nature rei intellecte ſimul oſtenditur, id reicimus. Quẽadmodum igitur in omnibus dictis exemplis temporis aduerbia. non ita in oratione aſſumũtur, ut quouis modo ipſa p̃ ſe, pro aliquo tempore intelligãtur, & ſi ſecũdum cõſequens una temporis particule oſtẽduntur. ſed aut exiſtẽtiam aliquam, aut temporis cuiuſdam finem, aut initium, ut exẽplis ante aſſumptis demõſtrauimus, declarant. ita neq; ſi diceretur aliquãdo non eſſe tẽpus, aut aliquando nõ futurum, cogemur p̃pter temporis aduerbium aliquãdo, aut ante tempus, tẽpus eſſe dicere, aut poſt tempus, ſed cum dicimus aliquãdo non eſſe tempus, initium dicere & huius nõ æternum eſſe, declaratiuum aſſerimus, aliquãdo uero non fore, huius deſiturum & minime ſine uacaturum eſſem, & nihil mihi moleſtiarum ratio nõ affert, ſiue ceſſabit tempus, ſiue non; ſed intantum ex dictis ſit demonſtratum, nihil neceſſarii habere, potius uero propoſitã Procli argumentationem in incommodum incidere.

Quod & ſi dicamus erat aliquãdo, cum non erat tempus, & erit aliquando cum non erit, iſtud erat, & aliquando ad ſubiecti naturam aſſumentes non ſectionis temporis declaratiuum intelligimus, ſed æternitatis quãdam exiſtẽtiam in qua non erat, aut erit tempus. Cap. IIII.

LIcet uero & ita in re propoſita dicere. ſi ut cœli motus tempus eſt mẽſura, ita & æternitas, ut & Proclus hic aſſerit, æternorum exiſtẽtiæ. menſura. n. eſt cœli motus tẽpus, ut & æternitas ipſius animalis uitæ. ſi igitur æternitas uitæ ipſius animalis, uidelicet æternorũ mẽſura; prorſus neceſſe eſt æternitatem pũctum nõ eſſe unum, ſed latitudinem aliquam, ac extẽſionẽ quãdam, ut ita dixerim, cum eſſe æternoꝝ ſimul extẽſam, non ut tẽpus ſectionibus, diuiſam; differentibus annis aio, & mẽſibus, diebus, ac noctibus, ſed quẽadmodum, ſi quis in intelligẽtia cœlum ſiſteret, firmaretue, & ſolis lationem, nõ amplius diuerſe temporis ſectiones, intelligerẽtur, tamẽ ſimilium quædam partium extẽſio, una cũ mundi exiſtentia uelociter currens. ita quidem & in æternis licet dicere, qď ſi non eſt temporeæ diſtantie latio aliqua, in hoc, eſſe ipſorum, æternitatem metiẽte, ſed omnino extenſio quædã uniformis eadem ſibiipſi cum ipſorum eſſe una intelligitur. Non. n. eſt impartibile aliquod ſignũ, ut dixi, æternitas, neq; æterna in aliquo pũcto ſolum ſubſiſtunt, unde & Proclus, & ante illum Plato æternitatẽ dixit mẽſuram eſſe uitæ æternorum. inquit. n. cum cœlo tempus genitum eſt. ut una & ſoluta ſimul & ſoluantur, ſi aliquãdo aliqua ipſorum fiat ſolutio, ut ipſi, quo ad eius fieri poteſt. per quam ſimillimum ſit. Exemplar. n. omni in æternitate eſt. hæc omni tempore perſeuerãs eſt, quare ſi

omni in æternitate mũdi exemplar eſſe aſſerit Plato;& uitæ æternorum mẽſuram eſſe,uide-
licet nõ unum quẽdam æternitatem pũctum eſſe arbitratur.omne.n.non pũctum,neq; men-
ſuram impartibilis,ſed unam quãdam,ac æqualem uitæ æternorum nulla differẽtia cõciſam
extẽſionem,ſed conſiſtẽtem ſemper eãdem,& perſeuerantem ipſam ſibiipſi impermutabilẽ.
cum hoc ita ſe habet.cum dicimus,erat,quãdo non erat tẽpus,& erit,quando non erit.erat,&
erit,non temporaliter intelligimus.ſed & quẽadmodum,& cum dicimus erat Deus,& prius,
quã ipſum homines cognoſcerent;ac tempus erat,& Deus eſt,atq; tempus eſt.aut cum Plato
dicit bonus erat,nõ temporeas ob,erat,& eſt.ſectiones intelligimus.ſed ad ſubiecti naturam
hæc aduerbia temporis æternitatis eſſe declaratiua aſſerimus.aut & ipſius nudæ rerum exiſtẽ
tiæ.qm̃ ſecus loqui nos nequimus,quã cum aliqua temporea oſtenſione.ita,quãuis dicamus
erat,quãdo non erat tempus,& erit,quãdo non erit.erat,& erit,nõ temporis quippiam intelli
gimus,ſed æternitatis exiſtẽtiæ ſignificatiua eſſe aſſerimus.Erat.n.æternitas,quãuis tempus
non eſſet,& æternitas erit,quãdo tempus nõ erit,quãuis aliquãdo in hoc ducat aliquis,ut qđ
erat aliquãdo,quando nõ erat tempus.& aliquando erit,quãdo tempus non erit.& rurſus ali
quando in æternitate audiemus;qđ eſt aliqua æternitatis exiſtentia,uel extenſio,aut quomo-
do nũcupare quis uoluerit,in quo tempus nõ erat,& item æternitas erit,quãdo tẽpus nõ erit.
non.n.ut dixi,orationis tenuitatem ſed ea,quæ dicũtur,eum,qui ingenio ualet,mente ꝓſpice
re oportet.quẽadmodum.n.& in Dei notione,noſtra animi diſcurſio,ut ipſum cõtemplet̃ ſe-
orſum ab imaginatione,nõ ſatis uirium habet,ſed &,ut inquit Plato,imaginatio notionibus,
quas de Deo habemus,figuras nobis inſerit,& de ipſo molem,ac magnitudinẽ intelligere ſu-
ſpicãs.enimuero ſeorſum a tẽpore,quæ tempus ſupereminẽt,intelligere nõ ualemus;neq; ob
noſtre ſpeculationis tenuitatem;iam res ita eſſe eſt neceſſe,ſed animi iudicio incidẽs de Deo,
& de incorporeis notionibus incõmodum repellimus.itã quidem lõge magis & in rerũ inter-
pretationem nõ dictionum infirmati mẽtem adhibere oportet,ſi non in uniuerſum notiones
noſtras pure,incorruptiue,aut res interꝑtari dictiones ualent,et ex orõne,et non dicentis ſen
tentia redargutionem cõſicere.Pluribus.n.oratio demõſtrauit,quod in uniuerſum dictioni-
bus temporeis nõ una,et tempus oſtenditur.quare,ut compꝛhendens dicam,una cũ cœlo ge-
nitum tempus.recte cum Platoni,tum ueritati uidetur.cœleſtis.n.mẽſura motionis tempus
eſt,tempus uero principio carere nequaq̃ dicere Platonem demõſtrare poterit aliquis.ſed e ꝓ
pria pena probare Proclus aggreſſus eſt.tẽpus uero initiũ habere,cum nos in aliis demõſtra-
uimus,tum Plato aperte cũ cœlo ipſum genitum eſſe dixit,et ante,quã cœlum fieret,non eſſe.
genitum uero cœlum eſſe inquit,a principio aliquo ortum ſumẽs ut diſcipulus Platonis Ari-
ſtoteles in ſermone auſcultationis naturalis octauo ꝑceptoris opinioni atteſtatus eſt.ita.n.diſ
ſerit,ſed quidem de tẽpore uno excepto una mẽte omnes eſſe uidẽtur,ingenerabile enim eſſe
dicũt,& propter hoc Democritus demonſtrat fieri non potuiſſe,ut omnia genita eſſent.Pla-
to uero ipſum generat ſolas.Vna.n.ipſum cum cœlo factum eſſe,genitũ uero cœlum eſſe aſſe
rit,hæc quidẽ pluribus in ratione ſexta demonſtrabũtur,et in prima demõſtratũ eſt,fieri nõ
poſſe,ut mũdi ſubſiſtentia uacet initio.utrum uero eſſe cœperit,ſeu tempus,ſeu mũdus,et cõ
mune principium ipſius eſſe habere eſt neceſſarium.qđ uero,et ſi quis hoc conceſſerit,& in-
terim occultum eſſe,ſiue mũdus,et tempus eſſe initiũ habet,ſiue nõ.Philoſophi quidem argu
mẽtatio,qua tempus ſine principio eſſe,ac carere fine probare putat cauillatores potius,quã
Philoſophos dicere ſatis ratio declarauit.

Quod & ſi æternitas temporis exemplar ſit, non neceſſe & tempus ſemper eſſe, quod æter nitas ſemper eſt. Cap. V.

SI uero æternitatem temporis exemplar eſſe aſſerit,& propter hoc;& tẽpus ſemp eſſe opor-
tet,ut & æternitas ſemper ſit,exemplar,in cõmuni in ſecunda Philoſophi argumentatiõe,
in qua de exemplaribus ſermo habitus eſt,eiuſmodi redarguimus.Si.n.quemadmodum ipm
animal mundi exemplar eſt,ita & quæ ipſius animalis uitam metitur,æternitas temporis,qđ

mundi

mundi metitur exiſtentiam exẽplar eſt, demonſtratum uero ipſum animal, nõ in hoc eſſe habere, ut mundi ſit exemplar, nec igitur menſura ipſius animalis uitæ æternitas in hoc eſſe habet, ut temporis exemplar ſit. Si. n. ut æternitas ad ipſum animal, ita & tempus ad mũdum habet, uiciſſim igitur ut ipſum animal ad mũdum, ita & æternitas ad tempus ſe habebit. demonſtrauimus uero in illis non neceſſe eſſe ſi ipſum animal, & omnino mundi exemplar ſit, & mũdum eſſe. non igitur, ſi æternitas ſit, prorſus & tempus eſſe, eſt neceſſarium.

Procli ſucceſſoris Ratio *Sexta.*

SExta. an mundi faber ſolus ſoluere mũdum poſſit. inſolubilis. n. eſt uſquequaq;, inquit pręterquã, ab eo, qui colligauit. etenim ubiq; ei, qui non uinculum neſcit, & ſolutionẽ eius, qđ colligauit, ſcire conuenit. ad ſciẽtem uero ſolutionem, ſoluere ſpectat, faber uero mundũ utiq; non diſſoluet, ipſe. n. eſt, qui dicit, quod bene cõſtructum eſt, & bene ſe habens, ſoluere uelle, praui, prauus uero is, qui iure bonus eſt, fieri nõ poteſt. ut diſſoluatur mundus haud fieri poteſt. nõ enim ab aliquo alio. quoniã ſolus faber ſoluere ipſum ualet, neq; ab eo, qui fabricatus eſt. quoniã quod bene cõſtructum eſt, uelle ſoluere praui. uel igitur non bene cõſtituit, & optimus faber non eſt. aut bene conſtituit, neq; niſi prauus factus ſoluet, quod fieri non põt. quare non ſolubile uniuerſum. quare incorruptibile. ſi uero incorruptibile omni, quod genitum eſt, corruptio ineſt, inquit Socrates dixit priori Timæi rationem non ipſe dicens, ſed muſas dicere inquiens & nimirum nõ continuo Timæus muſarum placitum ſuperfluum ſuſpicatus eſt, & aliquod genus incorruptibile poſuit. Si igitur hoc uerum qđ non corruptioni obnoxiũ eſt, hoc ingenitum eſſe, mundus uero corruptionis expers eſt, hac de cauſa ingenitus. quare ſempiternus, ſi ingenitus eſt, & incorruptibilis mundus.

Quod aperte in rationibus de mundi generatione a Platone dicta deprauant, & ad id, quod ipſis videtur, vt detorquent. Cap. I.

NVnquã mũdum modo aliquo eſſe ingenerabilẽ Platone enuntiãte immo contra potius, ubiq; clariſſima uoce genitum eſſe, ac generabilem clamante, non ex parte genitũ eſſe, ex parte uero non genitum, ſed ſimpliciter eſſe genitum abſq; determinatione aliqua probante, e domo redargutionem afferẽtes, qui ueritati ꝓbabile ſemper anteferunt, ac admodũ erga mũdi æternitatem amatorie ſe habent, cuncta ſupra, ac infra, miſcent, ad ſuas opiniones, Platonis dicta trahentes. atqui protinus ipſa uaria multipliciq; uerborum pompa ab his, qui ualent ingenio, dephenduntur Platonis dictis uim inferro. ſimplex. n. fabula ueritatis inquit, uariis, ac multiplicibus nõ indiget interꝓtationibus. ipſa enim opportunitatem pſtat. ratio uero iniqua morboſa prauitate referta, ſapientibus indiget medicamẽtis. Si enim ſecũdum tempus mundum eſſe ingenerabile, hoc eſt nullum exiſtẽtie initium habuiſſe uere Platoni uidebatur, unũ igitur teſtimoniũ ex eius cõmentariis qđ id plane affirmet, ipſos afferre oportebat. nũc uero id efficere nequeunt, plurima uero in dicendo calliditate nobis illudentes dicat, qui apud Platonem mũdum genitum audimus, ut genitum non eſſe intelligamus, perſuadere nituntur, & cum is uir generationis initium cœlum habuiſſe, prius, quã fieret, dicat, non exiſtens, neq; initium generationis habere, audiamus, neque aliquando non eſſe, ſed ſempiterna cũ fabro exiſtentiam habere.

Expoſitio apparatus argumentationis q. & ſi neceſſarium erat nullum veritati cum illorum detrimentum ex rerum natura, ſed Platonicis motum ſuppoſitionibus. Cap. II.

EX hac igiť notione, ſexta a Proclo conſtituta eſt argumentatio. prius uero nobis, & in hac rurſus Porphyrii decreta trãſcripſit. aperte. n. ille in cõmentariis, quos in Timæum cõpoſuit, ut ꝓbaret Platonem cenſuiſſe mũdum eſſe æternum, hac uſus argumẽtatione uidetur. ſumens. n. mũdum incorruptibilem eſſe, Platonis ſentẽtiam eſſe, & ingenerabile eſſe, infert. ſi. n.

omne, quod generatur, corruptioni obnoxium eſt, ex neceſſitate, ut ipſe in Phœdro inquit Plato, omnino ſecūdum conuerſionem cum contradictione cōſequens eſt. ſi non aliquod corrumpi poteſt, hoc non eſſe genitum. Si igitur aperte mūdum incorruptibilem eſſe aſſerit Plato, & ingenerabilem eſſe prorſus perſpicuum eſt. ita igitur ex poſterioribus, cum ꝓpoſita ratio, prima probet, quod mūdum non ſubire corruptionem Platonis mens eſt, ingenerabilem eſſe ſecūdum ipſum inducit. oportebat igitur forte ex hoc rem argumentatione fraudatā redarguētes nihil habere. ſi enim & hæc ita habētur, & Platoni, ut aſſerunt. mundum eſſe ingenerabilē apparuit, nihil iuxta hoc, ueritatis ratio noxe recipiebat. non. n. ex rebus redargutio, neq; uero Platonis extimationem & res ſequi eſt neceſſe. ſed quoniam ubique ueritati iniuriam affectæ auxilium præſtare honeſtum, ac equum puto, porro quatenus uires mihi ſuppetere ualeant, eum, qui calumniis Platonem circūuenit, refellam, ac reprehendam.

Prædictio ordinis rationis, ac diſpenſationis. Cap. III.

ALienum a ratione non exiſtimo, ſi prius rationes, quibus mūdum corruptum nō iri Plato probauit, ſiue quid neceſſarii contineant, ſiue non, perpēdere. hæc. n. ſola laborioſa in propoſito eſt argumentatio. Dico quidem hanc, bonum non exiſtere opificem, ſi bene conſtitutum ſoluat mūdum. ſi quidem quod recte conſtitutum, & bene ſe habens ſoluere uelle, praui, ut uero prauus opifex euadat, haud quaq̄ fieri poteſt. alterum uero ſequens eſſet, Platonis ſentētiam indagare ſeu mundi ſubſiſtētiam ſine principio eſſe uult, ſuiipſum principio nō carere concedit prius, quā gigneretur, non conſiſtētem. & ad hæc. tertiū demonſtrare genitum eſſe, ac incorruptibilem mūdum Platonem ſupponētem, in nullo ſuppoſitiones ſibiipſis pugnantes ſuppoſuiſſe. necnō corruptum iri mūdum, quo Plato aſſerit modo, huius & ipſum ingenerabilem eſſe ſuſpicari Platonem demonſtratiuum eſt, quod quidē in his Proclus intulit. primum igitur propoſitorum indagantes Plato nis dictionem, quæ ita habetur, anteponere profecto neceſſarium eſt.

Quod falſa, & abſurda Platonis ratio, quę aſſerit pulchre conſtitutum & q. bene ſe habet, ſoluere velle, praui & q. vt conſtitutionis cauſa mundi bonitas Dei eſt, ita eadem & ſolutionis eſt cauſa. Cap. IIII.

DEi Deorum, quorum operum ego parens, effectorq; ſum, quæ per me facta, hæc indiſſolubilia me inuito. quāq̄ omne colligatū ſolui poteſt, ſed haud quaquā boni eſt, rōne uinctum uelle diſſoluere. hæc quidem Plato. ſi igitur inquit Proclus, ut uere bonū prauum fiat, eſſe non poteſt, mundus diſſolui nequit. neq;. n. ab aliquo alio, quoniā ſolus faber ſoluere pōt, neq; a fabro, quoniā pulchre conſtitutum diſſōluere uelle, praui eſt. aut igitur non pulchre cōſtituit, & faber non optimus, aut pulchre conſtituit, & non diſſoluit, niſi prauus factus, qđ quidem fieri nequit. quare indiſſolubile uniuerſum, quare incorruptibile uniuerſum, igitur pulchre conſtitutum eſſe ſenſus teſtimonium reddere poteſt. necnon diuinus ſermo, & nouit dicens, Deus cuncta, quæ patrauit, & uidit omnia ualde bona, & bene conſtitutorum artificem optimum eſſe, & uere bonum fieri non poſſe, ut prauus efficiatur, inſitæ naturaliter mortalibus cunctæ de Deo notiones clamant. Cum hæc ita habeantur, rationis neceſſitatem, qua ratione cōſtitutum, & optime ſe habētem diſſoluere uelle, nō boni eſſe aſſerit, inſpicere nequeo. noſtra igitur corpora, & animalium oium, atq; plantarum pulchre conſtituta eſſe nullus diffiteri poterit. cum animalium atq; plantarum nihil inſtrumentorum, uarii abundent uel deficiant apparatus, ſed ſingula quæq; ſuum ſufficienter particula uſum abſoluat, ac omnes in totius ſalutem cōſpirant, ſed opificem uelle particularū quāq; diſſolui, & earum exiſtentiā æternam non eſſe, nos in quarta prius demōſtrauimus ratiōe. ſi igitur particularum ſingulā quāq; æternam eſſe uolebat, eſſent utiq; prorſus æternæ. neceſſe. n. omnino opificū aut uelle ſingula animalia corruptibilia eſſe, aut nolle. Si igitur nolle falſum eſt. ſi enim ipſa corruptibilia eē nollit, omnino utiq; indiſſolubilia pſeueraſſent. opificē igitur ipſa corruptibilia eē uelle, uerū

eſt. ſi

eſt.ſi uero Deus particularia corruptibilia eſſe uult, bene autem cōſtituta ſunt. Vult igitur bene conſtituta iterum diſſolui, igitur, ut ſapientibus uidetur, aut non bene cōſtituta ſunt. quod quidem abſurdum, aut ſi pulchre, & ſi diſſolui bene cōſtituta ipſorum opifex uoluerit, prauus fiat, neceſſe eſt. ſiquidem, ut aſſerunt, bene cōſtitutum, & bene habēs ſoluere uelle praui. nihil minus eadem demonſtrari poterit abſurditas, & ſi non in primo ſecundum ipſos opifice. ac in Diis cœleſtibus ſi rationem in ipſis quiſpiam exerceret, quibus primus præcepit opifex, ut ad animalium mortalium fabricam ſe conuerterent. Neceſſe enim, & illos generationem, & corruptionem efficientes aut non bene, concineq; componere, aut prauos fieri ea, quæ bene conſtructa ſunt, diſſoluentes, non.n. remiſſe bonum, malum eſt. ita.n. neq; mūdus quem ſenſu ꝑſpicimus bene ſe haberet, intelligibili quā maxime, bonitate cedēs. hoc.n. dixi ut ne quiſpiam, quia in particularibus bonum animalibus a mundo uniuerſo remiſſum eſt, nō bene compoſita eſſe diceret. quod & ſi mediis cauſis cœleſtibus fortes, aut aliis quibuſdam, aut mortalibus animalibus generatio, & corruptio fit. attamen primus opifex ipſorum potior cauſa, quā proxime efficientes, cauſa & in quarte rationis capite decimatertia demōſtrauimus. ipſe enim eſt, qui & conſequentibus cauſis ut ſint cauſe, facultatem præbet. igitur primus opifex corruptionis, & generationis rerum corruptibilium maxime utiq; erit cauſa, aut & non bene compoſitorum erit opifex, aut ſiquidem bene conſtructa ſunt ſingula quæq; animalia, ut ipſa animalium indicat diſpenſatio, Deum neceſſe eſt, qui corruptionis ipſorum prima, & potiſſima cauſa eſt, in prauitatem mutari. ut igitur bene cunctæ particule recte conſtructæ ſunt, & ipſas diſſolui, Deus uult, & bonus prauus fieri haud poteſt, eadem quidē ratione, & ſi uniuerſum mundum bene compoſitum diſſoluere uoluiſſet Deus, non ꝓpter hoc, & bonum fieri malum neceſſe eſt. qua enim bonitate a principio uniuerſum compoſuit, non alia quidem omnino ipm̄ diſſolui uellet. quoniā & liram cōmode beneq; compoſitam, poſtquā uſui, in quem compoſita eſt, fuit componenti, hanc rurſus qui bene compoſuit, diſſoluet, neq; ullus, modo mēte præditus ſit, diceret uelle diſſoluere liram bene cōpoſitam praui eſſe, & muſicus, cū prius prauus factus ſit, ita cōcētum bene compoſitum diſſoluet, ſed omnino perſpicuum eſſe puto, & prius bene compoſuiſſe, & compoſitum iterum bene diſſoluiſſe. multo igitur magis uere bonus, & a principio per bonitatem mūdum conſtituit, & ipſum iterum, ſi uoluerit, diſſoluet, cauſam itē diſſolutionis habebit bonitatem, quāuis ratio nobis ſit diſſolutionis occulta. nō enim quorum cauſas neſcimus, plurimorū enim, forte uero omnium rationes nos latēt, hæc omnino, aut fruſtra, aut in prauo fieri putādum. puerorū enim exiſtimo eſſe & eis, quæ ſenſum mouent inhiantium, ſi inſpectum diſſoluatur pulchrum, iam ꝓpter hoc eum, qui diſſoluit, prauum putare. Hoc enim utiq; forte dixerit, & ille, qui amore pulchritudinis lunæ uictus, & optimā ſtupidus admirās partium ipſius moderationem, necnon colorem bonum, nec unam, quæ in eius animo e diſciplinis eſt philoſophicæ cōtemplatus, nec quæ inſunt in ea prouidētie rationis attingens, qualia pati puto, & eos, qui in ſolam apparentē uniuerſi pulchritudinem animum dirigentes, in optimas ꝓuidētiæ rationes ꝑſpicere nequeūt, quas pro ſalute, & ꝑfectione ſubſtātiarum, quæ in uniuerſo reperiuntur, ratione fungentium Deus excogitauit.

Quod ſi quidem Deus mundi diſſolutionis virtutem habet, vt & ipſis placet, & diſſoluet prorſus ipſum, ſi vero non diſſoluet vel virtutem non habet diſſolutionis mundi, ob id autem ipſum neq; colligationis, vel imperfectus erit, ſecundum eorum argumētationes, virtutē ſolam diſſolutionis habēs ſine actione. Cap. V.

AGgrediendum uero & aliter propoſitum nobis. indiſſolubilis enim ab aliis inquit præterquā a colligante, & huic Proclus dat manus. ubiq; enim inquit non ignorantis eſt uinculū, & diſſolutionem eius, quod colligauit, ſcire, ſciētis uero diſſolutionem, eſt diſſoluere, ſi igitur & hæc Platoni, et Proclo uidentur, ſoluſq; opifex mūdum diſſoluere ualet, neq; diſſoluet, ſemper igitur poſſe diſſoluere, ipſo ſolo poſſe, non actu continebit. quāobrem & imperfectus. ſi quidem omne, ut ſapientibus uidetur, quod potentia, imperfectum, addiq; etiā poſſet

diſſoluẽdi facultatem fruſtra habere, ſiquidem tempore infinito, ut aſſerũt, ipſam habet, neq;
in actum unquã ipſam deducet. at qui nihil eſt in æternus (ut inquit Ariſtoteles) ſolum po-
tentia. fruſtra enim erit, nũquam in actum deductum. aut igitur mundum diſſoluere non ua
let opifex, atq; ita neq; opifici diſſolubilis erit mundus, neque eius diſſolutionẽ opifex cogno-
uerit, fieri enim nequit, ut diſſolutionem cognoſcat, diſſoluere non uolẽs. diſſolutionem uero
neſciens, ac non potens diſſoluere. neq; uinculum ſciet, neque uniuerſum colligandi facultatẽ
habebit. Verum .n. hoc eiuſdem eſſe uinculum cognoſcere, & ſolutionem & colligare potẽtis,
longe quidem facilius & diſſoluere poſſe, aut ſi mundum diſſoluere ualet, quoniã colligauit,
nũquã uero diſſoluet, ſemper hac de cauſa imperfectus erit, & fruſtra, actũ non diſſoluens, ſo
lam diſſoluendi potentiam retinens. aut ſi quidem hæc ſecũdum ipſorum diſciplinas abſur-
da, mundum uero diſſoluere poteſt, Deus, & prorſus diſſoluet.

Quod ſi quid q, pulchre conſtitutum eſt. ſoluere velle praui. habet vero diſſoluendi mundum virtutem Deus mala faciendi, & vt malus euadat virtutem habebit. Cap. VI.

VAde quidem ſi uis & ad colophonem abſurditatis, in quem nos iſta grauis ratio dicẽs. be
ne compoſitum ſoluere uelle praui eſſe, inducit. ſi enim diſſoluere mundũ opifex poteſt,
niſiq; prauus factus diſſoluet, malum igitur mũdum diſſoluere, ſi enim nõ malum diſſoluere,
non utiq; prauitatem ſubierit diſſoluens, Si uero diſſoluere malum, ſoluendi uero mundũ po
tens eſt Deus, potẽtiam igitur, ut prauus fiat, habet Deus, quoniam & malum perpetrandi. ſi
quidem igitur malum eſt diſſoluere, potẽtiam uero diſſoluendi habet, igitur & malum perpe
trandi, & ſubeundæ prauitatis potẽtiam Deus habet. & quia hac notione impia deterius exco
gitari poteſt? ſi igitur fieri non poteſt, ut bonitas in malum uertatur. ſiquidem mundi diſſolu
tio malum, neq; Deus mundum diſſoluendi habebit potentiam. ſi uero non ualet diſſoluere,
neq; poterit colligare, neque mũdum colligauit. Recte enim & ipſis uidetur ubiq; cognoſcen
tis uinculum, & diſſolutionem eius, quod colligauit, non ignorare. ſi igitur uinculũ non igno
rans nouit, & diſſolutionem, ignorans igitur ſolutionem, uinculum quoq; ignorabit, ſi igitur
uniuerſum uinculis arctauit Deus, & ligamẽtum eius, quod colligauit, nõ ignorauit, & ipſius
ſolutionem cognoſcet, ac uniuerſum diſſoluere poterit. ſi uero mũdum Deus, quoniam & uin
culis aſtrinxit, diſſoluere poteſt, ſolutionem uero, nõ ignorantis eſt ſoluere, non igitur malum
mundi diſſolutio. Nulla enim in Deo mali potentia. mali enim potẽtiam habens, malus utiq;
euadere poteſt. at ut lumen in tenebras mutari nequit, ita & bonitas in prauitatem. ſi uero nõ
malum mũdi ſolutio, bene uero mundus compoſitus eſt, non igitur bene compoſitum, & be-
ne habẽtem quatenus ad compoſitionem ſpectat, ſoluere uelle, praui eſt. nõ utiq; mundũ diſ-
ſoluẽs Deus, prauitatem ſubire poterit. non contẽnẽda hæc ſpeculatio, quis cõmunes de Deo
notiones ſequẽs magis, de mundo naturaliter diſſeruit? nos ne, qui & mundũ conſtitutum eẽ,
etiã item a Dei bonitate ſolutum iri ſupponẽtes, an qui Deum mũdum ſoluere poſſe a cõmu-
nibus notionibus dicere agitati, non utiq; ſoluturum ne prauus fieret, addentes? quod quidẽ
aliud nihil demonſtratũ eſt, quã malum perpetrare, & prauitatem ſubire dicere Deum poſſe:
præterea uero id omnis eſſet negantis deitatem, impietatis. nemo profecto negaret. cauſas ue
ro internitionis mũdi maxime naturales in aliis Deo fauẽte adducemus, nũc uero ſolũ Procli
dubitationes ſoluere nobis propoſitum fuit. ad hæc uſq; obiectiones, quas nos aduerſus Pro-
cli caput ſextum multo labore cõfecimus, finem ſortiãtur. hinc uero ſupereſt, ut ad alterũ ora
tionis ab initio inſtitutæ propoſitorũ tranſgreſſus, ut prius pollicitus ſum, demõſtrare eniter
ſtatim Platonem ab iis, qui ei opinionem de mũdi æternitate imponunt, calũniis circũueni-
ri, & prolixiorem effundere orationem cogar. ipſeq; Platonis ſentẽtiam ex eius ſermone con
ſtituere ſtudens, & qui ipſum perperam exponũt redarguere enitẽs, ſi alicui igitur, cui ut hæc
legat, euenerit, ſic cure, & horum deinceps accurate cognitionis ſermonem percurrat. ſi uero
cui non grauis prolixior de opinione Platonis ad propoſitum, problema ſermo ſolis ſumptis
e rebus demonſtrationibus incubuerit ad capita, quæ ſequuntur tranſeat.

Orationis Platonicæ enarratio quod ſecundum tempus generabilem vult eſſe mundum & compendioſa eius ſententiæ memoratio. Cap. VII.

PLurimi quidem, tum qui opiniones Platonis ſectantur, tum Ariſtotelis philoſophiæ amatores, in primiſq; ipſe Ariſtoteles uno conſenſu Platonem mundum ſecundũ tempus aſſerere generabilem eſſe enũtiarunt, hoc eſt ſubſiſtentiæ, cum prius non fuiſſet, initium ſumpſiſſe. ſed ante, quam aliorum teſtimonia, quæ nobis, quæ de mũdi genitura, Platoni uident̃ manifeſte declarant, adducam, ipſa prius Platonis uerba in medium afferre dignum cenſeo, quibus mundum generabilem eſſe. & initio aliquo editum oſtendit. Deinde & rationes perpẽdere eorum, qui, ita perſpicue quæ a Platone dicta ſunt, ad id, quod ipſis uidentur, ui extorquere nituntur. de mundi igitur generatione, ac natura docere Platoni in Timæo omne propoſitum eſt. audi uero quomodo ipſe inſtitutum ꝓpoſitum in illis determinat. inquit enim ita uiſum eſt nobis Timæum, tãquã nobis aſtrorum cognitione maxime præſtet, & in uniuerſi naturæ cognitionem maxime incubuerit. primum a mundi generatione exordium differẽdo ſumere, in hominis uero naturam poſtremo deſinere. Item poſt pauca hæc infert. ſed o Socrates hoc quidem oẽs, qui modica particeps ſunt temperantia, in omni conatu, & parua re Deũ ſemper inuocãt, nos uero de uniuerſo orationem habituros, ſiue genitum eſt, ſiue ingenitum. ſi non omnino immutemur, neceſſe Deos, & Deas inuocantes optare omnia, quæ illorum mẽti admodum accepta ſint, deinde ut nobis ipſi conſtemus. quod igitur in his Platoni propoſitum manifeſte ipſe dixit, quod de mundi generatione dicere, deinde ut ne aliquis ipm̃ prompte a demonſtrationeq; ſeorſum mundum genitum eſſe accipere uideatur, rurſus orationẽ aſſumens hoc problema inſtituit. & inquit, propoſitum eſſe de uniuerſo docere, hoc eſt de mũdo. utrum genitus eſt, an ingenerabilis, rerum diuiſionem faciẽs. Harum enim partim quidẽ ſemper eſſe, ac ingenerabiles, partim uero generabiles, ac genitas. confert enim hoc ipſi ante aſſumptum in cõprehenſionẽ quæſiti. oratio uero, quæ ſequitur, ita in uerbis, quæ poſuimus, habetur. Et hæc quantum ad Deos attinet, ſic oratum ſit. ſi quod ad nos ſpectat procẽdum, ut facillime uos quidem addiſcatis, ego uero ut intelligam maxime, quo ad mẽte ualeam. qua de re tractare tranſigam. eſt igitur iuxta meam opinionem primum partiendum hæc, qđ ſemp exiſtens nullo generatum ortum, & quid uero quod gignitur, neq; eſt, unquã, illud quidem intelligentia cum ratione cõprehenſibile, ſemper ſecũdum eadem exiſtens, hoc uero rurſus opinione conſenſu, qui ratione uacat, opinabile genitum, & abolitum reuera non aliquando exiſtẽs, uniuerſum uero, quod generatur, a cauſa aliqua gigni neceſſe eſt. ſine enim cauſa fieri nõ poteſt. ut uniuerſum generationem habeat. ex dictis cõmodum cõſideratu eſt, quomodo Plato omne quod intellectione cõprehenſibile, hoc ingenerabile eſſe aſſerit ſemper ſecũdum eadem, & eodem modo habens. Opinabile uero omne, atq; ſenſum mouens, eiuſmodi uero ſunt omnia corpora, & quæ in corporibus eſſe habent. Hæc enim ſola ſenſui ſubiiciuntur, gigni, & aboleri aſſerit, reuera non aliquando eſſe. omnis enim corporea natura in mutatione, atq; alteratione ſpectatur, nũquã in eodem manẽs, ſed quaſi perpetuo per repletionem eius quod deſiit reſarciẽs. perſpicuus eſt igitur Plato protinus ex ipſa rerum diuiſione, & priuſquã aliquid de mundo diſſerat, mundum generabilem eſſe exiſtimans. in duo enim hæc generabilia, atq; ingenerabilia, res partitus eſt, quarum generationi non obnoxie, intelligibiles, quæ uero generationi ſubſternuntur, opinabiles, atq; ſenſum mouentes eſſe aſſerit. Si igit̃ omne mundi corporatum eſt, ſenſum mouens. exploratum eſt nõ in numero ingenerabilium, ſed eorum, quæ generantur, atq; intereunt, uereq; aliquando non ſunt, ipſum eſſe Platonem uelle. ut enim particularium ſingulum. ut hoc animal, aut hæc planta, quia perpetuo, ut ſic dixerim, alteratione a natura, quæ ipſa gubernat, ac regit reſarcita, texitur. ita & cœlum ac uniuerſum mũdum, ex eiſdem elementis, ex quibus & particularia conſtituta ſunt, cõnexionem habere putans Plato & ſi immortalem ipſum eſſe ſupponit, at rediuiuam ſibi immortalitatem aſſerit accedere opificis potentia perpetuo ipſam texente. quia omnis corporea natura in mutatione, & alteratione omnino ſubſiſtit, Hæc quidem pauloport demonſtrabuntur, ſed forte nõdum ſiue mũdo

initium tribuit Plato, ſiue nõ, ex dictis planum factum eſt. ipſe enim Proclus in ſermone quẽ
inſcripſit, conſideratio contradictorum ab Ariſtotele contra Platonis Timæum Platonis, lo-
cum propoſitum exponens. quod eſt quidem ſecũdum Platonem unifariam dici aſſerit. æter
num enim, & ſuper tempus ſignificare. quod uero fit, biſariam dici, aut enim qđ ſemper fit,
aut quod aliquando. & quod aliquando fit, ſingulare, atque particulare eſſe, quod ſemper fit,
totorum ſingulum, atq; uniuerſum mundum. intelligibilia enim ſemper eſſe, mundum uero
fieri ſemper. ſiue igitur Platoni uidetur in æterna generatione mũdum eſſe, nullum, ut inquit
Proclus, ſumpſiſſe generationis & exiſtentiæ initium. ſiue ipſi & eſſe, & generatiõis principiũ
tribuit. Platonis uerba in medium adducens, dignum exiſtimo ut conſiderentur. dicens enim
eos, qui de uniuerſo orationem habituri ſunt, ſi genitum eſt, aut ingenitum. recte ſe habere pri
uſquã docuerit, indicans quæ res generationis expertes, quæ uero fiant eſſentia priuent᷑ qua-
ſi hoc conducat, ut uideatur cuius eorum, quæ recenſuit, naturæ ſit mũdus, cum hæc diſſeruit.
conſequenter ad mundi ſpeculationem ſe transfert. utrum genitus eſt, an ingenerabilis, quod
quidem & a principio quærere propoſuit. hæc enim inquit. Omne igitur cœlum, ſiue mũdus
ſiue quo alio uocabulo gaudet, hoc a nobis nũcupatus ſit. Conſiderãdum igitur de ipſo in pri-
mis, quod quidem ſupponitur, in uniuerſum de omni quæſtione in principio oportet conſide
rare, ſemper ne erat nullo generatus ortu, an ab aliquo principio ſumens exordium. quando-
quidem cernitur, & tangitur, & eſt undiq; corporatus. omnia uero eiuſmodi ſenſum mouẽtia
opinione cõphẽſibilia, ſenſu genita, ac generabilia apparuere. rurſus uero genito ab aliqua
cauſa, ut gigneretur neceſſitatem habuiſſe. factorem igitur, & patrem uniuerſi inuenire opus,
& cum inuenerit, ut ad omnes dicatur, fieri nõ poteſt. Plato igitur ita clara uoce hoc primum
oportere de mundo quærere aſſerens, quod quidem & de uniuerſo in principio oportet ſpecu
lari aſſerens, ſiue ſemper eſt nullo editus ortu, ſiue ab aliquo principio ut eſſet, exordium ca-
piens genitum eſt, genitum eſſe & a principio aliquo inchoaſſe indicauit. Si enim aſpectũ eſt,
inquit, & tactum mouens, corpuſq; habens, eiuſmodi omnia genita, & generabilia apparent.
neceſſe igitur & ipſum generabilem ab aliquo principio cum inchoaſſet, genitũ eſſe. quãobrẽ,
& cum dixit, quid uero quod fit quidem, non aliquando uero exiſtens, ſenſum mouens. gene-
rationem non ſine principio uocat. Si igitur & genitus eſt mundus, & initium habuit, planum
quod neq; ingenerabilis. neq; principio carens ſecũdum Platonem. rurſus ipſe igit᷑ Plato pau
cis interpoſitis inquit. Dies enim, & noctes, & mẽſes, ac annos prius, quã generaretur cœlum,
non exiſtẽtes, tunc ſimul conſiſtente illo, ipſorum generationem excogitat. Hæc uero omnia
temporis partes, & erat, & erit, temporis genite ſpecies, quas in æternam ſubſtantiam deferen
tes non recte, erramus. Dicimus enim quod erat, eſt, & erit, huic uero ſecũdum ueram rationẽ
conuenit ſolum eſt. quod ſemper immobiliter ſe habet, neq; antiquus, neq; recentius fieri con
uenit. & paucis interiectis. De his igitur utiq; forte in præſentiarum, ut accuratius diſſerat᷑, cõ-
modum non erit. tempus igitur una cum cœlo genitum eſt. ut ſimul genita, ſimulq; ſoluantur
ſi diſſolutio aliqua aliquando fiat, & ſecũdum exemplar æternæ naturæ, ut quã fieri poteſt, ut
ſibi ſimillimus. exemplar enim per omne æuum erit, quod rurſus omni tempore perſeuerans
genitum, & exiſtens, & futurum ex qua ratione, ac tali Dei ſententiam ad temporis generatio-
nem, ut gignatur tempus, ſol, & luna atq; alia quinque aſtra planetæ uocata, in determinatio-
nem, & obſeruationem numerorum temporis genita ſunt. Hæc quidem Plato. at ego nullam
orationem ita clare ſentẽtiam Platonis exponẽtem conſtituere puto, ut ipſe ſeipſum declara-
uit. dies nãque inquit, & noctes, atq; menſes, & annos, quæ temporis ſunt partes, nõ eſſe prius,
q̃ cœlum generaretur. merito. menſura enim eſt tempus cœli motus. ſi uero hoc conſtitutionẽ
cœli exiſtentia præcedit. quomodo utiq; cœlum, & tempus ſine principio eſſent. Itẽ rurſus di-
cendo temporis, & huius partium generationem una cum cœli conſtitutione Deum fabrica-
tum eſſe, principii alicuius & primæ ipſorum exiſtentiæ declaratiuum eſt. Quomodo enim ab
æterne ſubſiſtens, & ſemper ſubſiſtens, ab opifice una cum cœlo conſtituto conditum eſſe di-
ceretur. priuſquã fieret non exiſtens, quod non eſt enim prius quã fieret, prius propria exiſtẽ-

ua habet

tia habet,ut ita dixerim inexiſtentiam.at qui hæc accuratius ſciens Plato in quibus prius aliquando,& eiuſmodi aduerbiis tempus indicãtibus uti oportet,protinus eos,qui hæc tempus indicantia aduerbia in diuinam naturam ferunt,erat,aio aut erit,& ſilia,quibus cognata ſunt prius,& aliquando damnat,atq; rep̃hendit.ſolum enim eſt inquit de Deo dicendum eſt. moſaicum illud manifeſte dicens.Ego enim ſum,qui ſum ad prophetam reſpondens Deus enũtiauit.ſi igitur ab æterno initium ſui eſſe non habentia a Deo produci putauit Plato, quomodo ipſe crimine,quo alios,qui erat,aut erit in Deum,referunt damnabat damnatus una concidit? Si enim ab æterno cœlum,& tempus producit Deus.cœlum quidem,& tempus ab æterno producuntur.ſi uero hoc non erat,quando non producebantur.quomodo inquit prius,q̄ cœlum gigneretur,tempus non fuiſſe.ſi uero prius,q̄ gigneretur,& priuſq̄ efficeret hoc Deo, illud uero cœlo quadrat.quando enim efficit efficiens,tunc fit,quod gignitur,ut ipſe inq̃t Proclus.idem & in aliquando.ſi igitur & ſemper erat tempus,& tempus indicãtium uſum aduerbiorum accuratum Plato non ignorat,& ſimul nunc de iſtorum accurato uſu docuit,nõ utiq; unquã prius,q̄ gignaretur cœlum dicere auſus eſſet,neq; id una cum cœlo cõſtituto ipſorum generationem Deum molitum eſſe,ſi mundi ſubſiſtentiam carere principio arbitrabať. Tũc enim primum producens mũdum ante quidem hoc,nõ produxit,& ſi prius,quã gigneretur cœlum,& tempus non erant,& efficiens prius,q̄ hæc genita gignerentur,ipſa non efficiebat. non utiq; quod quidem dixi,hæc Plato dixiſſet.ſi quidem ab æterno ipſa Deũ producere putabat.ut enim eſſe Dei,qui ſemper uno eodemq; ſtatu eſt,non erat,aut erit,ſed ſolum eſt,recipit.ita & æterna mundi productio prius,aut tunc non ſuſcipiũt.at quidem hæc de mundi genitura ita Plato protulit.non igitur ab æterno ipſum produci exiſtimant.Si quis uero aſſeruerit dicendo Deum prius non producere,poſterius uero producere Dei mutationem,& motũ prædicari.quod quidem neq; uerũ,neq; Platoni uidetur,ad ea quæ in quarta diſſeruimus ratione,transferat,in illa enim talis cõmodam ſolutionem ſortita eſt ambiguitas. at quidẽ & tẽpus cum cœlo genitum eſt,ut una cum ſit genita ſimul,& ſoluantur:ſi aliquando ſolutio aliqua ipſorum fiat,quem eorum,qui non prorſus contentioſi ſunt,non perſuaderet? non enim dixit,tempus igitur una cum cœlo gignitur,ſed cum cœlo genitum eſt.ut ipſorum primũ cõſiſtentiæ initiũ,& hoc ſignificare his,quæ intulit uelle demonſtrauit.una genita ſimul, & ſoluantur,genitum enim,& eſſe initium habens,quantum ad ſuam ſpectat naturam.ut corrumpatur ſequitur,omne enim genitum in Phœdro ipſe dixit Plato corruptioni eſſe obnoxium, quemadmodum igitur & id,qđ ſubſiſtentiæ ininũ non habuit,omnino per ſe,ut fine careat, conſequitur,eſſe enim exordium non habens,nũquam ceſſabit.mundus autem ſecũdum Platonem initium habuit, et prorſus quantum naturæ rationi conuenit,finem habebit,quoniam mundo ut eſſet,initium tribuit Plato,non abſq; ratione,quod rationem naturæ conſequitur, conceſſit,quãuis meliorique ſuæ ſit nexus naturæ uinculo Dei uoluntate incorruptibilem ipſum manere ſuppoſuit.

Quotupliciter taurus Porphyrius Proclus Platonis expoſitores generabile dici aſſerunt & quali ipſorum quiſq; ſignificatu a Platone mundum dici ſupponatur. Cap. VIII.

SEd qui omnia ad id,qnod ipſis uiſum eſt,extorquere meditati ſunt,neque,ut ſua ſententia a ueritate non diſſideret,quicq̄ penſi habuere,decens,ſi non recte ipſis in hoc Platonem diſſeruiſſe uiſum fuit,ueniam petentes illud admodum uulgatum ſibiipſis concinere. amicũ q̄dem Platonem,amiciorem uero ueritatem.quod quidem & Platonis diſcipulus ipſe Ariſtoteles,nonnulliq; alii fecerunt.Hi uero parum amicum cognoſcentes ac minimam ueritatis curã habentes omnem funem iuxta prouerbium iam dictum mouent. ſuum errorem uiri auctoritate defendi appetentes. nonnulli,qui ante Platonem expoſuere,quorum e numero Platonicus taurus, & Porphyri us phenix,quos Proclus ſequitur.hi mũdumgenerabilem quidem dici a Platone confitentur,non ita uero generabilem quaſi ab aliquo ſui eſſe exordium initio ſumat,ſed altero generationis modo.multifariam enim generabile dici,aſſerũt,ut uero,ne ipſi

quæ illorum ſunt, uerbis noſtris diſſeramus, nihilq; generabilis ſignificatorum relinquamus, in medium Platonici tauri uerba adducemus. is enim uir quã plurimas generabilis ſignificãtias nouit. In cõmentariis igitur in Timæum aduerbũ hæc ediſſerit. cum quæſitum eſſet, ſi ſecũdum Platonem an ingenerabilis ſit mundus, differentes de hoc Philoſophi tulere ſentẽtias, Ariſtoteles quidem aſſerit Timæum mũdum dicere eſſe generabilem, Timæo aſſerente genitum eſſe. etenim de uniuerſo quod generabile ſit eius circũfertur cõmentarium, forte uero tale quid dicere Platonis Timæus generabilem aſſerit mundum, at qui Theophraſtus in libro de placitis naturalibus mũdum ſecũdum Platonem generabilem eſſe aſſerit, & ita obiectiões facit, ſimul uero oſtendit forte declarationis gratia ipſum ſupponere generabilem eſſe, & nonnulli ſecũdum Platonem eſſe generabilem, partim uero ingenerabile eſſe cenſere, quoniã uero generabilem eſſe aſſerentes, preter alia multa, & dictionis, qua ortum habere aſſerit, mẽtionem fecere. ſub aſpectum enim, atq; tactum cadit. diſtinguendum quot generabile intelligitᷓ modis. & ita non ignorabimus Platonẽ generabilem eſſe aſſerere, non hac ſignificatione, qua generbilia, quæ ab aliquo temporis initio cõſiſtunt, aſſerimus. Hoc enim eſt, quod multos fallit. cum uox generabilis dicitur, in hunc defertur ſignificatum. dicitur igitur generabile etiã ſi non ortum ſit, quod in eodem cum generabilibus genere conſiſtit. ita dicimus aſpectabile, quod non ſub aſpectum uenit, neq; aſpicitur, neq; aſpicietur unquã, & non in alio, quam quæ aſpectum mouent, conſiſtit genere. ut ſi in medio terræ puncto eſſet corpus aliquod, dicitur generabile, & notione compoſitum, quãuis non ſit compoſitum, ut media compoſita ex nete, & ypate, quãuis enim non ſit compoſita, in ipſa enim ad alteram alterius inſpicitur potẽtia. nõ diſſimile uero in floribus, & animalibus. in mundo igitur compoſitio & mixtio animaduertitur, quatenus & ab ipſo auferentes, ac ſequeſtrantes qualitates in primum ſubiectum reſoluere ualemus. mundus generabilis dicitur, quatenus in generatione ſemper conſiſtit, quaſi proteus in omnis ſe uertens formas, & mundi igitur terra, & quæ ad lunam uſq; inceſſanter, uiciſſim mutantur, quæ uero ſupra lunam ſubiecto fere eadem, paucam ſortita mutationem. mutantur enim ſecũdum formam, uelut ſaltator, cum ſubiecto unus ſit, in quãplurimas formas mutatur ſecũdum uariam manuum geſtiuilationem, & cœleſtia igitur mutantur, ac iuxta planetarum motus ad inerrãtes, & horum ad planetas ipſorum habitudines gignuntur differentes. dicitur uero generabilis, quia & eſſe ipſi aliunde eſt, & a deo, ppter quem creatus eſt. ita et ſecũdum quos mundus æternus ſtatim luna generabile a ſole lumẽ hauſit, at qui aliquod nõ fuit tempus, quo ab ipſo non hauſerit lumen. ſecũdum igitur has ſignificationes ſiquis ſecundum Platonem mũdum generabilem dicere uoluerit, dicat, quatenus uero tempus aliquod ſignificatur, & cum prius non eſſet, poſterius editus eſt. non item. declarat uero & ipſe quomõ ſe ipſum intelligi uult. cũ dicat nullo generatus ortu, quatenus ab aliquo editus principio eſt. hæc enim dictio, nullo, & item hæc, aliquo, declarant, nolle principium temporis accipi, ut dicimus ephorum principiũ habuiſſe hiſtoriæ ante Herculis ad inferos deſcẽſum. hi uero aliud principium ſecũdum opificem aſſerunt. eſt enim principium, & opifex & exemplar, & materia, ſed ipſa non utique proprie principium dici poteſt. Item non dixit. & corpus eſt, ſed & corpus habens, oſtendens, ut eiuſmodi, naturæ corporeæ eſt, cuius eſſe eſt, dum fficietur, generabilem dici poſſe. hæc igitur taurus. tertio uero, & quarto ſignificatu, & Proclus conſentit. ita enim & ipſe inquir Platonem mundum dicere generabilem non, ut, quia ſui eſſe initium ſortitus eſt, ſed ut eſſe, dum gignitur, habet, & amplius generabilem, ut a Deo editũ, & non quia ſibi, ut ſit, cauſa exiſtat. quod profecto eſr ſecũdum cauſam generabile eſſe. Et Porphyrius preter has, quas taurus recenſuit ſignificantias, nõnullas generabilis addidit. inquit enim generabile dici, & quod generationis rationem habet, & ſi nuquã genitum ſit. uelut nomina, & ſyllabæ, eo quia in elementa reſoluuntur, ac ex elemẽtis componãtur. & ut deſcriptiones, ur recti linea figura, ratione in trigonos partitur, & ex trigonis componitur. planum quidem hoc cum compoſito ex materia, & forma in idem concurrere. generabile enim ita, ut non exiſtens ſimplex, ſed ex materia, & forma compoſitum non a ratione, quam figuræ generabiles,

nerabiles, dicitur. quo enim ambobus aliqua ſimpliciora ante intelliguntur, ex quibus compoſitio ipſorum ſpectatur, & in quæ reſolutio, hæc generabilia dicuntur, contra ſignificantiã omnino ſimplicium, & nullam habentium compoſitionis notionem. quare ambo, ut unũ accipiendum, & huius forte nulla mentio ſignificationis ab alio Cõmentatore facta eſt, & inquit Porphyrius generabile dici, & quod per generationem, & quia gignať, eſſe. accipit. ut domus, & nauis, & planta, & animal, quo ſignificatu coruſcationem, & plauſum, & quæcunq; repente conſiſtunt, & ceſſant, generabilia eſſe negamus. Omnia enim talia, ut inqt Ariſtoteles, abſq; generatione eſſe accipiunt, & ſine corruptione in non eſſe mutantur. planum neminem ſecũdum hoc, mũdum eſſe generabilem ſupponere, ut per generationem eſſe habeat, ſimul enim intellectione cuncta Deus in ſubſtantiam produxit, quare hac ſignificantia in Platonicæ ſententiæ indagationem opus nõ eſt. in omnibus inquit Porphyrius generabile dici, & quod omnibus notum, & familiare a tempore eſſe initium ſummens, prius non exiſtens qua ſignificatione inquit a Platone generabilem non dici mundum. quare reliquæ quatuor relinquũtur ſignificantiæ, dico quidem quod generabilium exiſtens genere, quãuis genitum non ſit, & qď, ut compoſitum ex materia, & forma generabile, cui Porphyrius magnopere aſſentitur, & qđ, dum editur, eſſe habet. & ſecũdum cauſam generabile. iuſtum igitur puto horum quodq; aggrediente perſcrutari, ſi fieri poteſt, ut Platonis ſententiæ conſentiant. His enim omnibus cõfutatis, ſupereſt ut a Platone mũdus ſecũdum tẽpus ipſis etiã inuitis eſſe dicať generabilis.

Priori generabilis ſignificantia confutata quod fieri nequit vt mũdus ita generabilis dicatur vt in generabilium exiſtens genere quãuis genitus non ſit. Cap. IX.

GEnerabilis igitur prima ſuppoſitio, dico qnidem ingenerabilis genere eſſe, & ſi genitũ nõ ſit, eiuſmodi mihi uidetur quædam eſſe eque, ac ſi quis aliquid in corporum genere eẽ dixerit, quãuis corpus non ſit, & in genere ſubſtantiæ aliquid eſſe, & ſi ſubſtantia non ſit, quo dicto nihil magis ridiculum dici poteſt. genera enim uniuoce de his, quæ ſub ipſis ſunt, prædicantur. ut igitur homo in genere animalium, animal eſt, & lapis in genere corporum, corpus. ita quod in genere aſpectabilium eſt, aſpectabile eſſe, & in genere generabiliũ, generabile eſſe neceſſe eſt. Si uero in uniuerſum contingit aliquid, quod non genitum eſt quidem actu, ingenerabilium genere eſſe, ut aſſerunt, mundum. contingit igitur ſecũdum conuerſionem cũ cõtrapoſitione, & quod non eſt ingenerabilium genere, genitum eſſe, ſed quod non eſt in generabilium genere, ingenerabile prorſus exiſtit. eſt igitur aliquod ingenerabile genitum. ſi igiť hæc haud quãq; fieri poſſunt, ſimul enim idem ſecũdum idem oppoſita erunt. igitur & aliqd, quod eſt non genitum, in generabilium genere eſſe non poteſt. hoc nãq; illud ſequebatur. atq; aliter, ad idem incõmodum rationem adducere licet. Si enim generabile ingenerabili contrapartitus eſt Plato, quærens ſiue in numero generabilium, ſiue ingenerabilium mundus, generabilemq; eſſe conceſſit, ita inquit generabile eſſe, ut philoſophis uidetur, tãquã ingenerabiliũ genere ſit, & ſi genitus nõ ſit, & ingenerabile igitur declarat. eodem in genere ingenerabilium exiſtere, & ſi non ingenerabile ſit, idem igitur & ingenerabile erit, qa in genere ĩgenerabilium eſt, & item non ingenerabile, eo quia genitum eſt. contradictio igitur de eodem ſecundũ idem ſimul uera reperietur, ſed hæc riſu potius, quam ut contradicamus, digna exiſtimo. eteni corpus quod in terræ centro eſt, in aſpectabilium genere exiſtens ſecũdum naturam aſpectabile prorſus erit. quãuis enim nũquã aſpectui pateat, non uidetur, non quia, ut uidereť, non aptũ ſit. ſed quia ſolida obducta ſunt corpora, noſtra enim uiſio per ea quæ nõ ſunt perſpicua, corpora penetrare non ualet. quoniam ſi obducta remouerentur nõ diſſimiliter reliquis aſpectabilibus omnibus uideretur. & ſi quis ſecũdum fabulam lincis oculos poſſideret, facile, & infra terrã ſplendor penetraret. uideret utiq;, & corpora, quæ in terræ centro iacent. quare ſi mũdus & eſt ſecũdum actum, & ingenerabilium genere eſt, ipſum prorſus & genitum eſſe neceſſe eſt. quãuis initium generationis eius a nobis compħenſum non ſit, non quia ipſe natura ſit ingenerabilis. ita enim in genere ingenerabilium, & non generabilium extitiſſet. ſed quia ſolũ

noſtra cognitio preſentia comp̄hendit.& ſecus, aſpectabile nō eſſe poſſidet, ut aſpectabile ſit, eo quod uideatur, ſed quia aptum eſt, ut uideatur. aſpici enim in habitudine, quā habet ad aſpicientem, ipſi contingit. ita quidem, quāuis aliquando aſpici aſpectabilium aliquid non contingerit, quia in uniuerſi centro continetur, nihil minus nō amittet, quin ſit aſpectabile. nō. n. quia non aptum ſit uideri, non uidetur, ſed ob ea, quæ obducta ſunt, corpora, unde protinus, ſi, quæ impediunt, remoueantur, & aſpiciens præſens ſit, aſpiceretur. quāobrem aſpectabile q̄dem aliquid eſſe contingit, nūquam ſub aſpectum ueniſſe. nō enim idem eſt eſſe aſpectabile, & aſpici. generabile uero eſſe aliquid, quod non aliquando genitum, neq; generādum, fieri nō poteſt. non enim ſolum in eo quod gigni aptum eſt, ſed in uniuerſum quod, aut genitum eſt, aut gignetur, generabile eſſe poſſidet, ut ſit generabile. ipſi enim uia in eſſe generatio eſt, fieri non poteſt, quod non aliquando genitum, neque nunc genitum, neque ut generetur aliquando, naturam poſſideat, aut ſit, aut dicatur generabile, neceſſe igitur ſecūdum quam ſignificantiam mundus eſſe dicitur generabilis, ſecūdum hanc prorſus & ipſum genitum eſſe. fieri enim non poteſt, ut generabile ſit. quatenus generabile eſt, nō ut genitum ſit, neque gigni, neque futurum, ut gignatur. quoniam neq; in uniuerſum erit generabile. ſi igitur quatenus mūdus generabilis, non eſt genitus, neceſſe prorſus, neque nunc gigni, neque gignendum eſſe. nō enim nūc quidem ita, interdum uero ſecus mundus eſſe habuit. Quare ſi generatus non eſt, quatenus generabilis, neque omnino generabitur. ſi uero neque generatus eſt, neque generabitur, neque generabilis eſt. quamobrem haud eſſe poteſt, aliquod generabile, ut ſit, quatenus generabile, non genitum eſſe. in omnibus igitur his dictis uidere licet Platonem mūdum non generabilem ſimpliciter eſſe aſſerere, ſed paſſim genitum eſſe de ipſo p̄dicari, partim quidem dicens nos de uniuerſo orationem habere, partim uero habituros, ſi genitus eſt, aut ingenitum. & item utrū erat ſemper generationis initio carens, an ortus eſt genitur eab aliquo principio ortum habens. aſpectabilis enim ac ſub tactum cadēs, & unde quaq; corporatus, atque item tempus igitur cum cœlo genitum eſt. ut ſimul orta una diſſoluātur, atq; ubiq; ita, ſi uero genitum eſſe ipſum manifeſte Plato aſſerit, & nō ſimpliciter generabilem eſſe ſolum, quo mō aſſerentes generabilem quidem ipſum eſſe, quia ingenerabilium genere ſit, neq; genitum aliquando, non protinus homini contradicunt, præterea, & in abſurditatem, hanc detrudāt, ſuppoſitionem, ut demōſtrauimus, prima igitur generabilis ſignificātia a nobis ita cōfutata ſit.

Quod mundum a Platone dici generabilem inquit Porphyrius ut intelligentia compoſitum q̄uis ſecundum tempus non ſit compoſitus & quibus rationibus hoc ratiocinatur. Cap. X.

SEcunda uero erat compoſiti intelligentia, & ſi ſecūdum tempus compoſitum nō ſit. omnia enim corpora ex materia, & forma compoſita, non ſecundum tempus in formam materiæ ingreſſu compoſita ſunt. nūquam enim uidere licet, uel iueniri a formis expoliatā materiam, neq; materiales formas per ſe a materia ſeorſum ſubſiſtētes, ſed ſola notione ſimplices cognoſci, hac enim ſola in ſubiectum, & formam reſoluuntur corpora. rurſuſq; ex his componuntur. ita igitur & mundum quatenus intelligentia in ea, ex quibus componitur, reſoluere ualemus, dico quidem primum ſubiectum, & adherentes ipſi qualitates, generabilem eſſe dici aſſerūt, & huic maxime generabilis ſignificationi Porphyrius aſſentiri uidetur. dicit igitur in ſecūdo in Timæum cōmētario ad uerbum hæc, dicētes quidem ingenerabilem ſecūdum tempus eē mundum, aliter uero dicere generabilem eſſe, neceſſario, generabilis ſignificationis numerantes, quā adducit probationem huius genitum eſſe, cui e ſignificatis ipſa quadrare, cenſent, inſpicere. ſiquidem enim genitum eſſe non demonſtrauit, quomodo de mundo genitum eſſe p̄dicatum eſt, perſpicuum non erat. ſi uero huius demonſtrationem inducit, cui ex ſignificatis generabilis demonſtratio quadret, planum ſecūdum illum, mūdum ab eo dici generabilem, cui uero non accommodatur, illam prætermitti perſpicuum eſt. non enim in tantā Plato mētis alienationem deuenit, ut ſine ratiocinationis cōnexione, & quæ concluſionem probāt, ſūmeret. hæc diſſerēs Porphyrius, & antepoſitas generabilis recēſens ſignificatiōes, aſſerit, mūdum,

dum, quatenus ex materia, & forma componitur a Platone generabilem dici. Porphyrii uer-
ba hæc ſunt. aio igitur ſecũdum quod a nobis proprie denominatum, hoc eſt compoſitum ex
materia, & forma, generabile demonſtratum eſt. ad cuius quidem demonſtrationem, & ante
aſſumpta pronuntiata proprie ipſum ante ſumpſiſſe demõſtrauimus. prius eiuſmodi demon
ſtrationem ſignificationi conſonam eſſe docentes. ſi enim quid aſpectabile, ac ſub tactum ca
dens eſt, corpuſque habens, hoc trifariam dimenſum cum renitentia tumuroſum non eſt ſim-
plex, ſed ex materia, & forma compoſitum. hæc Porphyrius.

Quod minime conſueta & græcis & cõmuni vſui propoſita generabilis ſignificantia, & q, maximum crimen imponunt, q, vocibus ſit vſus æquiuocis, & q, ſi ita dicatur generabilis mundus nihilominus ipſi initium eſſe tribuunt. Cap. XI.

LIcet uero imprimis aduerſus omnes diſſerere. aliarum, per quæ, ipſe ſignificantur, rerũ, no
mina, conſuetas abiiciendo nũcupationes, aliis imponere, rebus, plurimæ eſſe libertatis, ac
licentiæ. oportebat enim ipſos, ſiquidem hoc erat uerum, demonſtrare in quibus dialogis Pla
to hanc uocem generabile manifeſte pro hac, compoſitum ſumpſit, ſed neq; uſus hominũ cõ-
munis nominare uolens aliquod hac uoce compoſitum eſſe, pro compoſito, in hanc generabi
le unquã tranſtulit, conſuetudo enim nõ ignara generabile aliud, & aliud cõpoſitum ſignifi-
care, ſed neq; ab aliquo alio antiquorum, quãtum ſcire ualui, aut ab aliquo ſcriptore huius fi-
des præſtari poteſt, ſi cõpoſitum ingenerabile aliquis tranſmutauit. Ariſto. n. in libro primo
de cœlo generabilis & ingenerabilis recẽſens ſignificationes, nũquã ex materia, & forma cõ-
poſitum generabile eſſe dici determinauit. ſi ingenerabile ſimplex, & incõpoſitum, ut in aliis
quæ ſunt huius uiri perſcrutãtes demonſtrabimus. quomodo igitur nõ abſurdũ ita facile con
ſuetum trãſferre nominum uſum ad minime tritum, & cum Platoni, tum reliquis hominib9
inſuetum. Præterea nõ mediocre crimen Platoni impingunt, quia prius generabilis ſignifica
tiones nõ diſtinxit, deinde ut de quali ſignificatiõe ſermonem haberet, determinaret, ſiqdem
non familiarem multis ſignificationem generabilis, ſed aliquã externam, & incõſuetã aſſum-
pſit. eiuſmodi. n. & prius captioſum admodum eſſe demonſtrauimus, niſi & hæc aliqs omnia
deſpiciens cõcederet ipſis ꝑter alias ſignificantias, generabile, & ex materia, & forma, compo
ſitum eſſe, ſignificare. planum quidem in quibus ab initio ꝓpoſitum ſibi problema determi-
natus, cum dixit, de uniuerſo cõſideraturum. an genitum eſt, an ſi & ingenitum eſt, nihil aliud
dixit, quã indagaturum, utrum ſimplex mũdus eſt, an ex materia, & forma compoſitus. Si. n.
in his generabile apud Platonem cõpoſitum declarat, in uniuerſum & ingenerabile incõpoſi
tum declarabit, & cum rurſus idem problema ꝓpoſuit, ſemp ne mundus nullo generatus or-
tu, an ab aliquo principio originem habẽs, genitus eſt. hoc quidem quærebat quod quidẽ, &
ab initio determinauit ſimplex ne eſt mũdus, an ex materia, & forma cõpoſitus, quare & hoc,
erat ſemper, pro ſimplici accipietur, ob nimiam nominum trãſmutãdorum libertatem, quod
enim in principio dixit ꝓpoſita ſibi quæſtione. ſi genitus eſt mũdus, an & ingenerabilis, hoc
enim ꝓgrediens quærebat inquiens, utrum erat ſemp, an genitus eſt, loco ingenerabilis, ſem-
per eſſe aſſumens. Si igitur generabile cõpoſitum declarat, & ꝓpter hoc ĩgenerabile id, quod
incõpoſitũ, ac ſimplex neceſſario ſignificat, loco uero ingenerabilis ſemper eſſe aſſumpſit Pla
to, ſemper igitur eſſe apud ipſum incõpoſitum ſignificat, & qualis tanti nominũ abuſus apud
Platonem neceſſitas eſt decens erat, compendioſe, & ꝓpriis ſuam interpretãtem dictionibus
ſentẽtiam dicere, utrum mũdus ſimplex, an ex materia, & forma cõpoſitus eſt. Quis. n. homi-
num, aliquando loco ſimplicis, & in cõpoſiti, ſemper eſſe aſſumpſit, ſed & hoc nobis trãſferen
tibus ſemper eſſe in cõpoſitum, & ſimplex concedatur, & gigni, incomponi, ut nouis nomi-
num uiſum eſt nomẽclatoribus, erit omne ſimul aſſertum eiuſmodi. utrum ſimplex eſt mun-
dus cõpoſitionis initium habens nullum, an componitur ab alio principio ortum trahẽs, ſed
neq; ita occulere ueritatem ualuere. Si n. de ſolo hoc, ſiue ſimplex eſt mũdus, ſiue compoſitus
Platoni quæſtio erat. quid ipſi uult ꝓpoſitum, hoc generationis initium nullum habẽs, & itẽ

Nõnihil deſiderari uſ, cum dicit ingenerabile ſimplex.

cur huic genitum eſt, hoc ab aliquo principio naſcens, annexuit. ſuffecerat. n. ſolũ dicere, utrũ erat ſemper, an genitus eſt. quibus igitur quærit, ſiue ſemper exiſtens, hoc eſt, ſimplex exiſtẽs nullum generationis, hoc eſt ſecũdum ipſos compoſitionis principiũ habet, ſiue genitus eſt, hoc eſt cõpoſitus a principio aliquo initium ſumẽs. & genitum eẽ decernit. inquit. n. genitus eſt, uidelicet ab aliquo principio originem habẽs. cõpoſitum eſſe aſſerit mũdum. Vniuerſum enim hoc quæſiuit ſi genitus eſt a principio aliquo incipiens, & ab aliquo principio incipientem genitum eſſe iudicauit. quare cõpoſitionem mũdi incepiſſe Plato confeſſus eſt, qđ quidẽ eſt eſſe ipſius, & exiſtẽtia. ut. n. in cõpoſitis ex materia & forma dictũ eſt, ſola intellectiõe ſimplicia cõpoſitis ꝓferuntur. non. n. prius materiam ſeparatim, & formã conſtituit opifex, poſterius hæc cõpoſuit, ſed una cum ſimplicibus, & ex ipſis cõpoſitum in lucem ꝓduxit. totum. n. quæ ad aliquid materia, & forma, & alterã ab altera ſeparari nequit. Si igitur mũdi aſſeris cõpoſitionem incepiſſe. una uero cum compoſitiõe ſimplicia, & quæ ex his cõpoſita in eẽ Deus produxit. principium igitur compoſitioni mundi tribuens Plato initium, & eſſe ꝓbet. non. n. aliud q̃ compoſitio eſt, atq; mundi eſſe, ſed ſimul eſt, & compoſitus eſt.

Quod ab aliquo principio incepiſſe mundum dictum a Platone fieri, nequit ut intelligatur ſecundum unum ex principiis, dico quidem materiam, formam, inſtrumentum, cauſam effectiuam, exemplarem, finalem. Cap. XII.

SI uero quis hic principium & incepiſſe non temporaliter intellexerit, temporale uero dico principium, ut nõ raro dictum eſt, non in temporis parte factum, tẽpore ꝑeunte, ſed cum tempore principium eſſe, cum prius nõ extiterit, accipere, neceſſe certe pro principio cauſam intelligere. Si. n. & alia principii eſſet ſignificatio, nihil nobis ad p̃ſentem conferet ſpeculationem. quare laborare ſuꝑfluum, cum ſecũdum Platonẽ uniuſcuiuſq; rei, quæ gignitur, ſex ſint cauſæ, materia, forma, exemplar, efficiens, inſtrumẽtum, & finis. domus. n. cauſa efficiẽs ædificator, exemplar uero ratio, quæ in ipſo reperit̃, qua domũ ædificauit. materia, lapides, & ligna, forma, ipſa figura, inſtrumẽtum uero, regula, perpẽdiculum, & ſculpellum, & eiuſmodi reliqua, finis uſus, ꝓpter quem facta eſt, ut ab imbribus, & æſtibus ſepiendo nos tueat̃, nullo iſtorum modorum fieri poſſe puto, ut in his principiũ intelligatur. utrum. n. inquit erat ſemp generationis principium habẽs nullum ut ſequatur ꝗ ſemp eſt nullũ habere generationis initium, dicens ſemp erat, intulit, generationis principiũ habens nullum, generatione igitur loco cõpoſitionis, & ſemper eſſe, loco ſimplicis, & incõpoſiti ſumpto, atq; principio nõ temporis intellecto, ſed aut pro efficiẽte cauſa, aut pro forma, aut reliquarum aliqua, continget omne ſimplex, & incõpoſitum nullum cõpoſiti habere principiũ. principia uero cõpoſiti ſex iam dicta. Nullum igitur ſimplex, neq; formã, neq; exemplar, neq; finem, neq; efficiẽtem cauſam habebit. ſolum igitur efficiẽs eorum, quæ ſenſum mouẽt, Deus, & in ſolis his formæ ſpectant̃. nulla igitur rõnalis anima, neq; forma eſt, neq; exẽplar habebit, neq; efficientẽ cauſam, neq; finẽ reliquarum intelligibilium aliqua. Item rurſus ſi principiũ ſignificat penes ſe dictarũ aliquã, quid uult declarãs, in quibus inquit. An genitus eſt ab aliquo principio cũ inchoaſſet, cur ſingulariter dixit ab aliquo principio. Si. n. cauſas compoſiti per principium declarare uolebat, hæ plures ſunt, & in mũdo, & ſecũdum Platonem excepta inſtrumẽtali numerate. inſtrumẽto. n. ad ſubſtãtiam rei alicuius creandã Deus nõ indiget. Cur in eo quod ſemper eſt, nõ principiis numero plurali uſus, nullum dicẽs ꝗ ſemper eſt generationis habere principiũ, in re q̃ gignitur, ſingulariter principium affirmauit. & hoc cum hac indeterminata particula aliquis an genitus dicẽs. a principio aliquo cũ inchoaſſet, decens erat, ut pluraliter ab aliquibus principiis diceret, cum inchoaſſet, ſi quidem, ut Platoni uidetur, compoſitorũ plures cauſæ, & principia, quæ & diximus, quãdoquidem ridiculũ eſt genitum eſſe, loco huius cõpoſitum eſſe accipiẽtem quærere, ſi cõpoſitum ab aliquibus ſimplicibus componitur, ſimile. n. ut ſi quis quæreret, ſi cõpoſitum non ſimplex eſt, ſed cõpoſitum quid & rurſus, & hæc ꝑticula, cum inchoaſſet declarat. Si. n. non temporale in his cum inchoaſſet, relinquitur, ut & ipſa hæc particula, loco

huius compoſitum eſſe ſumatur, ut a Platone eiuſmodi dictum ſit, an cõpoſitus eſt ab aliquo
principio compoſitus. Omnia.n.magis, mihi uidetur, dicere eligẽt, quã ſimplicem, & ueram
Platonis ſentẽtiam amplexarentur, ſed nullum compoſitum ex aliquo cõponitur, ſed ex aliq
bus, quomodo igitur inquit a principio aliquo cum inchoaſſet, hoc eſt compoſitus ſit. Si uero
quis principium hic ſolum effectiuum intelligere uoluerit, planum qđ, & cum dixit erat ſem
per generationis principium habẽs nullum, uerum principium effectiuum intelligemus. Itẽ
nullum habere effectiuum principiũ Plato, ut cõſequens ad ea, quæ ſemper ſunt, ſola quæ ſen
ſum mouẽt, aſſerit a cauſa effectiua genita eſſe, intelligibilium uero nullũ, quare ſenſum mo-
uẽtium ſolum opifex Deus. cuncta uero intelligibilia principia, ut cauſa carent, equorum nu
mero noſtra exiſtit anima. ſi igitur hæc abſurda, nõ igitur a principio aliquo inchoaſſe, ſecun
dum aliquã ſex cauſarum accepit. Quare a tẽpore mũdum eſſe incepiſſe uult Plato. ſi.n. Por-
phyrio recte uiſum eſt, nullus adeo fatuus extitit, ut affirmaret Platonem aſſumptionib⁹ ſyllo
giſtica cõnexione carentibus uſum eſſe, lõge quidem magis mente captus eſſet, qui eiuſmodi
ſuppoſitiones accipere exiſtimans Platonem, ut ſexcẽta, ipſas partim quidem riſu digna ſe-
quãtur, partim uero omni abſurditate ſordidiora, ĩpropriis & æquiuocis aſſerens dictionib⁹
ſine harum diſtinctione, in proprias ſignificationes uſum eſſe & dictionũ conſuetam ſignifi-
cãtiam neglexiſſe, de aliis ſignificatis a Græcis ignoratis dictiões protuliſſe. In hæc.n.admi
rabiles eius ſuppoſitiones Platonem adduxere, non igitur generabile ex materia, & forma cõ
poſitum declarat, neq; generationis in his principium aliud Plato, quam ſecũdum tempus in
telligere poteſt.

Quod in his Plato temporis principium dixit. Cap. XIII.

QVod uero principii nomen in his per Platonẽ principium temporis ſignificat, diſcere
utiq; poteris, & ex his, quæ ab ipſo alibi dubitanter de mũdi conſtitutione dicta ſunt, in
ſexto igitur de legibus ad uerbũ hæc diſſerit. Bene.n.tãtum oportet, ut omnis uir ĩtelligat ho-
minum generationem, an omnino principium nullum ſumpſit, neq; aliquãdo eius erit finis,
ſed erat ſemp, & eſt omnino, & erit, an ſi cœpit quæ initii magnitudo, a qua orta eſt, ambiguũ
quanto profecto tempore fuerit, & in epinomide, ipſe de cunctis, quæ in cœlo ſunt, hæc diſſe-
rit. extimare uero oportet omnia, quæ in cœlo ſunt aĩalium genera, qđ ualde oportet diuinũ
genus aſtrorum ortũ eſſe dicere corpus qdem ſortitum pulcherrimum, aĩam & beatiſſimã, &
optimam. duarũ uero eius parcarum alterã oportet opinioni fere tradẽdam, aut.n.ſine interi
tu, & ĩmortale ipſorum ſingulũ eſſe, & diuinum prorſus eſſe neceſſe eſt, aut lõgæuam uitã ha-
bere ſufficiẽtem unicuiq; uitæ, qua amplius nihilo indigeat. Si igitur in his quaſi ambiens di-
xit duarum parcarũ alteram de hominum generatione opinari oportet, & de omnibus, quæ
in cœlo, quod aut omnino nullum generationis initium ſumpſerint, & propter hoc, nec finẽ
habebunt, ſed erant ſemper, & erint, aut quæ principia magnitudo, qua edita ſunt, & ambi-
guum, temporis, quantum, editum longæuam uitam cœleſtibus habẽtibus, quod quidem in
his quaſi ambiguum proponens inſolubile dimiſit, eo quod de mundi generatiõe in libris de
legibus, propoſitum ipſi nequaquam erat naturales texere rationes. hoc ipſum rurſus in in-
quiſitionem in Timæo proponens, an erat ſemper mundus nullo ortus principio, an genitus
eſt a principio aliquo cum inchoaſſet, genitum eſſe mundum, & generationis habere initiũ
cenſuit, nemini quidem dubium in libris de legibus de principio dubitaſſe, & de eodem
in Timæo rurſus ambigens uniuerſi generationem confirmauit. Si uero in libris de legibus
aperte ſi temporis initium habent, aut quæcunque cœleſtia, aut hominũ generatio, & in Ti-
mæo ab aliquo temporis principio mundum cum incepiſſet genitum eſſe enuntiauit, tempo
ris uero principium mundum habere aſſerens Plato, non ut Porphyrio uidetur, forma ratio-
cinationis non ſeruata, ratiocinari, paulopoſt demonſtrabitur.

Quod non erat ſolertiæ Platonis quærere ſi cõpoſitus eſt mũdus ex materia, & forma, aut ſimplex &
q. ipſe Porphyrius ex verbis Platonis exagitatus ſuam, & propriam generabi-
lis ſignificationem redarguit. Cap. XIIII.

SEd quoniam aſſerit Porphyrius, Platonis demonſtrationes, quæ mundum declarãt eẽ genitum generationem eius nõ eſſe in tempore ꝓbare, ex quo ratione colligit nõ ſecũdum tẽpus ipſum aſſerere Platonem genitum eſſe, nõ alienum a ratione puto, ſi hoc ipſum conſideremus, ipſam Porphyrii dictionem prius adducẽtes. ita. n. habetur. inſpiciamus igitur qualẽ de mundo ſignificatorum ꝓdicari Plato aſſeruit, & quale interrogauit, & cui merito cõgruit, & q dem id, quod in tempore generationem declarat, ſit aſſumẽs, cõſideretur, ſemper ne erat, nũq̃ in tempore genitus, an ab aliquo principio editus inchoauit. a quo principio temporis genitum eſſe, quibus demõſtrationibus inferat ꝓferatur quales igit̃ ipſe. ſub aſpectum atq; tactũ ueniens inquit, & corpus habẽs, omnia uero eiuſmodi ſenſum mouẽtia ſunt, opinione compꝛehenſibilia, ſenſu genita, & generabilia apparuerunt, hoꝝ uero quid magis ridiculum ſit, quæ enim cõſequentiæ neceſſitas, ſi aſpectabilis, ac tactilis, atq; corpulẽtus, a temporis initio genitum eſſe, maxima neceſſitas, & omni maior demõſtratione efficacia, eteni tu o admirãde mũdum, quatenus cõpoſitus eſt. generabilem eſſe Platonem ſupponere aſſerens & huius demonſtrationem adducere, aſpectabilem eſſe, ac tactilem ꝓditumq; corpore enũcians unde, dic mihi, rõnis neceſſitatem cõprobas? qualis enim neceſſitas, omne aſpectabile, protinus eſſe & cõpoſitum, aut oino ſenſum, cui ſupra omnem rõnem fidem ꝓſtare debeamus, teſtem adducis, ſed & nos omne aſpectabile generabile eſſe nõ diffitemur, ſed non, quoniam cõpoſitum, aſpectabile eſſe, ſequit̃, & omne aſpectabile ſecũdum Platonem, & generabilẽ, iam ꝓpter hoc pro compoſito generabile Platonem accepiſſe eſt neceſſe. quoniã & trina dimẽſio aſpectabile, oẽ & tactile, & corpus habere, neceſſario ſequit̃, & magnitudine finitum eſſe, & figuratum prorſus, aut certa, aut inordinata figura, & cõtinuum eſſe, non ꝓpter hoc quiſq̃ exiſtimaret ꝑ horũ aliquo generabile Platonem intelligere. Quid. n. cogit generabile pro cõpoſito magis accipere, quã pro terminato continuo, aut figurato, aut aliquo alio, qđ omni neceſſario ineſt corpori. Similr̃ enim qđ ſenſum mouet, cõpoſitum ſequitur, & reliquorum qđq;, & fieri non poſſe, mũdum pro compoſito eſſe generabilem dici a Platone pauloante demõſtrauimus. aſpectabile eſſe, aut ſimpliciter ſenſum mouens, nõ ſolum cõpoſitum, ſed & in tẽpore generabile prorſus ſequi, & nos ab ipſa euidentia perſuaſum Platonẽ credidiſſe aſſerimus. ex quatuor enĩ elementis mũdum uniuerſum cõſtare Plato palam oſtendit, & hoc ipſe Porphyrius cõfirmat, ut in tertiodecimo Procli capite cum ad id loci peruenerimus demõſtrabimus, oĩa uero elemẽta omnibus ſuis partibus generabilia, & corruptibilia eẽ, ſenſu ipſo, his, qui oculis nõ ſunt capti, demonſtratio patet. quã enim quis partem acceperit aquæ, aut ignis, aut terræ, aut aeris, hæc omnino in aliqno tẽpore genita eſt, & eſſe principium habuit. ſi uero cũctæ aquæ partes in tẽpore genite ſunt, totum uero nihil eſt aliud, quã partes omnes, & totum igitur in tempore aliquo exiſtẽtiam ſumpſit. ut interdum alia ad numerum ſint elemẽtorum tota, elemẽtorum. n.

adinuicem mutatio ꝓpter mundi permanentiam facta, ob eius, quod defecit, reparationem, eãdem uidetur ſeruare ad numerum elemẽtorum integritatem. corrupta.n. aqua in aerẽ forte trãſmutata, rurſus uero corruptus aer, & in aquã tranſmutatus, aquæ reſiduum compleuit, & in oĩbus eadem ratio. ſed quemadmodum nauis fabricator aliquis interdum aliam nauis tabulam pfractam mutans, tempore totam mutauit nauẽ, atq; aliam ex alia ſecũdum numerũ totam conſtruxit. ita quidẽ & in elemẽtorum integritatem cõtingit, parte.n. aliqua ſemp corrupta, altera uero eius loco genita, longo tẽporis interuallo totam elemẽtorum molem mutari contingit. ſi igiẽ non eadem elementa ad numerum manẽt integra, quod uero idem non ſecũdum numerum manẽs, eſſe in tempore cepit, & corrumpiẽ, planum ſimul cum partibus, & ipſa ſecũdum tempus elementa tota generabilia ac corruptibilia eſſe, ſi uero non elementorũ conſtitutionis initium nouimus, nõ proinde neq; ipſa, eſſe principium habere, rationi conſentaneum putãdum eſt. ipſorum.n. per partes nunc corruptio, & generatio, & ipſa exiſtẽtiæ initium capere non minimam pſtant perſuaſionem. ſed quidem & cuncta, quæ ex elemẽtis conſtant, in tempore gignunẽ, ac corrumpunẽ, qualia ſunt plantæ, & animalia, metallaq;, ac reliqua corpora omnia. igitur ſi omne corpus aſpectabile, ac tactile, aut ſimpliciter quod ſenſum mouẽt, aut elemẽtum eſt, aut ex elemẽtis, hæc uero generabilia ſecũdum tempus demonſtratum eſt, omne igiẽ corpus ſenſum mouẽs ſecũdum tempus eſt generabile. Si igitur cœlum ex ipſis elemẽtis conſtans ſecũdum Platonem corpus eſt aſpectabile, atq; tactile, cœlum igiẽ ſecũdum tempus generabile erit. Ex manifeſtis.n. imanifeſta perſpicua ſunt conſtituta. eadẽ de cauſa, & ſecũdum Platonem corruptionem, quãtum ad naturæ ſpectat rationem ſubiturum eſt. aliter uero tota elemẽtorum mole temporis initium ſemp capeſcente, interdũq; aliis ad numerum æditis, ex his cõſtitutum cœlum neq; principium unq̃ ipſius eſſe habuiſſe, neq; finẽ habiturum, neq; mutationẽ aliquam habere, & alterationem pati in ſubſtãtia, a ratiõe abhorrere, utiq; apparuerit, ex hac igitur neceſſitate aſpectabile ſecũdum tempus generabile Plato ſequi aſſeruit, & ꝓpter hoc mundum, qui aſpectabilis exiſtit, generabilem eſſe ratione concluſit. poterit utiq; & per inductionem hoc ipm iterum Plato accipere, ſi.n. hoc ſenſum mouens, ut animal, aut aqua, aut ignis, generabile in tẽpore eſt. & item aliud, & aliud, atq; cũctæ elemẽtares particulæ, atq; tota harum moles. aſpectabile igitur omne generabile. aſpectabilis uero eſt, & mundus, ipſe igitur erit utiq; ſecũdum tempus generabilis, & ſecus. ſi demonſtrauimus nullum intellectorum generabilis modorum Platonem accepiſſe. Generationẽ.n. aſſerit quæ ſecũdum tempus. omne uero nõ genitum, hoc eſt nõ ſecundum tẽpus genitum, notione cũ ratione cõphenſibile definiuit. Sequitur igitur, ſecũdum conuerſionem cũ cõtrapoſitione, oẽ non intelligibile, tẽporis generationẽ habere. omne uero non intelligibile ſenſum mouẽs, atq; tactile eſt, omne igiẽ ſenſum mouẽs, ac tactile, in tempore generabile eſt. igitur quæ ſuam primam ſuppõnem deinceps cõſequuntur Plato ratione collegit. Omne.n. nõ genitum ſecũdum tempus, intelligibile eſſe aſſerẽs, conſequẽter non intelligibile omne, ſed ꝙ ſenſum mouet ſecũdum tempus aſſerit eſſe generabile. aut igiẽ priora aliquis redarguat, dico quidem qd' eius, quod ſemp eſt temporis generationem nõ ſuſtulit, ſed aliam quãdam, quod nos pluribus demõſtrauimus, aut ſi illa rephenſionem euadant. Si ſecundum tẽpus ingenerabile, intelligibile eſſe aſſerit, ſeqtur prorſus omne nõ intelligibile, ſed quod ſenſum mouet, in tempore generabile eſſe. neceſſario igitur & non ſine ratiocinatione ex eo, ꝙ ſenſum mouet, mundum & tẽporis initium habere Plato concluſit.

Quod Plato quæ ſemper ſunt generationem non habere dicens nullam ab ipſis generatione aut eam quæ temporis eſt ſolam remouet. Cap. XXVI.

QVod uero ſemper eſt, generatione carere dicente Platone, nullam aliam, quam quæ tẽporis eſt, ipſum aſſerere generationẽ nõ habere, abunde, & prius demõſtratum eſt, nec non & hinc aliquis addiſcere poterit. nulli dubium arbitror eſſe ꝙ ſemper eſt an a Platone uocetur prorſus imutabile, eo qa uniuſmodi, & eodem ſit ſemp ſtatu, ꝙ enim imutatione, & alteratione

teratione ſpectatur nunquã eſſe, quod eſt aſſerit, quod.n.mutat͛, neq; hoc eſt amplius, ex quo
mutatur, neq; illud rurſus, in quod mutatur. ſi aliquod igitur in iugi continuaq; mutatiõe exi-
ſtere conſpectum ſit, hoc nũquã erit, quod eſt. fit uero ſemper, hoc uero apud Platonem ſigni-
ficare q; ſemp eſt & ipſe quidem plane definiẽs ipſum dixit, intellectione.n.inquit.cum ratiõe
cõphenſibile ſemp ſecũdum eadem, & eodem modo ſe habẽs. Planum uero eſt, & ex qbus,
quod gignitur, nũquã eſſe, quod eſt, aſſerit. quid.n.inquit, quod fit, eſt uere nũquã. ſi igit͛ qđ
fit, hoc eſt quod in mutatione eſt, nunq̃ eſt, quod eſt. quod eſt igit͛ ſemper, hoc prorſus immu
tabile eſt, eius igitur, quod ſemp eſt, interp̃tatio eſt, generatione carens, quemadmodum eius,
quod fit, quod eſt nunq̃. hoc igitur cum ita ſe habeat modo, qualem generationem ab eo, qđ
ſemper eſt Plato remouet, q̃rendum. ego quidem eam, quæ temporis eſt, aſſero. tẽporis enim
ſecũdum quod uis initio carens, hoc prorſus eſt imutabile. & cõtra, ſi quid temporis, ſecũdum
quod uis eorum, quæ circa ipm ſpectantur, initio non caret. hoc nõ eſt prorſus imutabile. qua
tenus enim principium habuit, eatenus ex eo, qđ non eſt, in id, quod eſt, mutatum eſt. Quare
quod penitus imutabile eſt, temporis carere principio oportet. mutatio.n.omnis, & in tempo
re fit, & a tempore initium cœpit. quare tẽporis principio priuatum, & ab omni tutũ mutatio
ne eſt. Hæc igitur adinuicem cõuertũtur, & ſi quid prorſus eſt imutabile, hoc & omni tempo-
ris principio eſt ſuperius, & principio omni priuatum tẽporis, uſquequaq; eſt imutabile. me-
rito igitur quod ſemp eſt, hoc eſt quod omnino imutabile eſt, temporis aſſerit generatione ca
rere, ſi uero quis qđ generatione caret, loco huius, qđ compoſitionem non habet, intelligeret,
dicat quã rationem habet, etiam qui interrogat quid qđ ſemper eſt, hoc eſt, qđ ſecundum ea-
dem, & eodẽ eſt ſe habẽs modo, ut inferat qđ compoſitionem nõ habet. Si.n.& decem milies
quis cõceſſerit qđ ſemper eſt, hoc eſt, quod uniuſmodi & ſui ſimile, ſimplex eſſe, & incompoſi
tum, ſed non omne ſimplex, & incõpoſitum ſemper uniuſmodi & nõ ſui diſſimile erit. ſimpli-
cia.n.ſunt prima corporum elemẽta dico materiam, & formã. non.n.in infinitum cõpoſitorũ
reſolutio progredit͛, ſed reſoluentes in ſimplicia prorſus deſinere eſt neceſſe. neq; utiq; aliquis
dixerit ſimplicia hæc eſſe rerum e numero, quæ ſemper ſecundum eadem, & eodem mõ ſe ha
bent. Formæ.n.materiales, & in id, quod nõ eſt, reſoluuntur, & ex eo, qđ non eſt, item, ut pau-
lo poſterius demõſtrabimus, ſubſiſtũt, materia uero alias interdum recipit, & abiicit formas,
non igitur e numero eorum, quæ ſemp ſunt uniuſmodi & ſui ſimilia ſunt materia, & forma, q̃-
uis ſimplicia exiſtant. ſi uero & æterne ſint, quod fieri nequit, formæ materiales ſaltem eo, qđ
interdum in alio fiunt ſubiecto, ut & materia alias aliquãdo recipit formas. nõ ſemper eodem
modo, & ſecũdum eadẽ ſe habebunt. quẽadmodum neq; anima nr̃a. at quidem & colores ſim
plices ſunt, nõ ſemper tamẽ eodem modo, & in eiſdem cõſiſtunt. ſi igitur ut equiualẽs, ac idem
ſignificans qđ ſemper eſt, & quod generationi non ſubditur, Plato accæpit. ſi quid.n.omnino
generatione carens eſt, nõ æque poteſt ſimplex, & incompoſitum, atq; id qđ ſemper eſt. nõ.n.
ſimplex omne eſt, qđ ſemper eſt, neq; prorſus ſimplex ſequit͛ ſemper eſt. non conuertitur ue
ro ad ipm, quemadmodum ad id, qđ generationis eſt expers, ſemper eſſe. nõ igitur generatio
ne carens, loco huius, quod cõpoſitionem nõ habet, Plato accipit, neq; generationem ſecundũ
cauſam declarare, abunde prius declarauimus. quoniã nõ eorum modo, quæ ſenſum mouẽt,
ſed & intelligibilium oium primam eſſe aſſerit Plato cauſam. rerum.n.oium una cauſa, atque
principium. Si igitur qđ ſemper eſt, generatione caret, quæ ſecũdum cauſam, omnia uero in-
telligibilia, & generatione abſoluta ſemp eſſe aſſerit, non oium erit prima cauſa, & nõ unum,
ſed plura principia. quod quidem abſurdum. nõ igitur generationem ſecundum cauſam rerũ
tollit. qđ uero neq; in eo, qđ fit, eſſe habet, per hoc, quod generatiõe caret, ſignificat, planum
ex his, nõ dixit nõ q; gignit͛, ſed generatiõe carens. quæ.n.ſunt in iugi generatione, & mutatio-
ne γινόμενα non generationem habẽtia. quid.n.aſſerit quod fit, exiſtẽs uero nunq̃. & aliter nõ,
ſi quid a tempore ſui eſſe initium cœpit, hoc oĩno ingeneratione, & iugi mutatione, eſſe habet,
ut ſphæræ artificialis, aut circuli cẽtrum. hoc.n.ſui eſſe initium habuit. quãdiu utiq; erit cen-
trum imobile, ac immutabile, quatenus eiuſmodi eſt, prorſus eſt. Item triãguli ſcientia, quod

tres angulos duobus rectis equos habet, eſſe in anima initium ſumit, ut in Platonis anima niſi
in ea ſubrepſerit obliuio, ſemp uniuſmodi eſt, nulla mutarionis forma, mutata, & ipſe particu
laris triãgulus, ut ligneus, aut in tabula deſcriptus tres duobus rectis angulos equos habens,
initium quidẽ eſſe habuit. eiuſmodi quãdiu eſt, neq; ut triãgulus eſt, mutatus, neq; ut tres dua
bus rectis equos habet. Quare neq; triangulus in generatione eſſe habet. uel tres anguli duob⁹
rectis pares dum cõſpiciuntur extant, & in quãplurimis aliis idem demõſtrari põt, non itaque
eſſe initium habẽs omne, prorſus & in cõtinua generatione, & mutatione eſſe habet. ſiqdem ſe
mel quid tẽporis initio caret, id, & omni mutatione ſupius eſt, ut pauloante demõſtrauimus.
cum hæc ita ſe habeãt, ſi quod ſemper eſt, generationem nõ habere dicens Plato. qa generatio
nem aufert omnem ab eo alterationem & mutationẽ auferre uult. cõtingit quid, dum fit eẽ nõ
habet, neq; in continua eſſe alteratione, principiũ ſui eſſe habere & finẽ, & hoc pacto nõ eſſe in
alterabile, eiuſmodi nõ eſt eorum quæ ſemp ſunt, neq; eorum quæ uniuſmodi, & ſui ſilia ſunt.
non itaq; eiuſmodi generationẽ, dico quidem qđ dum fit eſſe habet, eorũ quæ ſemp ſunt Pla-
to negauit. ſi igitur quod ſemp eſt non habere generationẽ dicens Plato nihil aliorũ generatio
nis ſignificationũ abſtulit, relinquit̃ generationẽ quæ tẽporis eſt ab eo negare q̧ quidem de-
mõſtrare ꝓpoſuimus, ut. n. notionem mutationis ab æternis quæ omne ambit q̧ eſt, oẽm aufe
ret, tẽporis ab ipſis initiũ abſtulit. Mutationem. n. oẽm animaduertimus & in tẽpore factã, &
ab aliquo incipientem tẽpore. quod igitur extra omne tẽporis principium eſt, & extra eſt tem
pus omne. qđ uero extra tẽpus omne, & omni priuatũ eſt mutatione. omnis. n. in tẽpore mu-
tatio eſt. ſi ergo qđ ſemper eſt, intelligibile, & æternum generationis expers eſt. quod uero ſen
ſum mouet, & nõ exiſtit aliquando, neq; æternũ, generabile eſt. Hæc uero ſibiipſis repugnant,
ſenſum mouẽti intelligibile, & æterno nõ æternum & ei, quod ſemp eſt, quod nũquã exiſtit, &
ei quod ita generabile eſt, id qđ ſimiliter ingenerabile. intelligibile uero, & æternũ generatio-
ne, quæ eſt ſecũdum tempus, caret. quod igit̃ ſenſum mouet, & nõ æternum tẽporis ſubiit ge-
nerationem. Oppoſitis. n quatenus iſtiuſmodi ſingulum eſt, ut in diſſerendi arte demõſtratũ
eſt, oppoſita inſunt, ut nigredini cõgregare, albo diſgregare, ſi domino imperare, ſeruo ſubiici
imperio, ſi aſpectus habitus eſt uidere, priuationis nõ uidere. ſi ualitudini ſecũdum naturam
abſq; impedimẽto agere, non ualere, nõ ſine impedimẽto actiones ꝑficere naturales. dixi uero
quatenus ſingulũ iſtiuſmodi eſt, ut oppoſita exiſtẽtia ſummamus. Oppoſita. n. ut quæ ad ali-
quid, dominus, & ſeruus, ſed horum quiſq;, & reſpirat, & ſenſu præditus eſt, nõ ut ſeruus, neq;
ut dominus, ſed ut homines ſunt. ut uero dominus eſt, ipſi ineſt iperare, pariter & ſeruo, ut re-
gatur imperio. ut talis eſt, & albedini, & nigredini ineſt, ut ſint qualitates, colores, ſed nõ ut op
poſitæ ſunt, quatenus uero oppoſita diſgregare, & cõgregare, ſimilr̃ ſi patri amare, filio amari
pater enim, & filius contraria non ſunt. ſed inter ea, quæ ad aliquid cenſent̃. Quare ipſos con-
traria nõ ſequentur, ſed quæ ad aliquid. opponuntur uero ut cõtraria, amare, & odere, ut uero
ad aliqd, amare, & amari. Quare ſi patrem amare, filiũ amari ſeq̃tur. æque & in reliquis. ita igi
tur ſi imutabili, & ſemp ſecũdum eadem, & eodẽ modo ſe habenti, ac intelligibili, mutabile, &
nũquam eodẽ modo ſe habens, atq; qđ ſenſum mouet, opponit̃. imutabile uero, quatenus im
mutabile eſt, temporis caret principio. mutabile igitur, quatenus tale eſt, temporis principio
non uacans erit.

Teſtes citantur philoſophi Platonem velle mundum generabilem eſſe ſecundum tempus, & non vt in ſuppoſitione factum eſſe dicere, neq; quia dum ſic eſſe habeat. Cap. XXVII.

QVoniam igitur ratio ſatis demõſtrauit Platonem uelle mũdum ſecũdum tẽpus eſſe ge
nitum, hoc eſt principium ipſius eſſe habere, cum prius nõ exiſteret, quã generaret̃. tẽ-
pus ꝑfecto eſſet, & philoſophorum aſciſcere teſtimonia. Plutarchum qdem, & Atticum, quos
omnes fatẽtur manifeſte aſſerere Platonem arbitrari mũdum ſecũdum tempus eſſe generabi
lem, omittã. qui & cõtraria ſentiẽtibus reſiſtunt: iã uero & longas horum deciſiones noſtri ꝑ-
ceptores in ſuis relinquere Cõmentariis, e quorũ numero eſt, & cæſarie eccleſiæ ꝓpoſitus Euſe

ſbius, unde hos q̄dem ego nunc omittã. Platonis uero auditorẽ rationi teſtem cõſtituam. Quis enim Platonis opinionis teſtis, cui magis fidem p̄ſtandam dignũ cenſemus, quã Ariſtoteles, q uiginti fertur annos Platonis hauſiſſe doctrinã. ſolertia uero eos oẽs, qui ætate apud Græcos ipſum p̄ceſſere, longe ſuperauit. a Platone tãtopere dilectus fertur, ut ludi mens ab ipſo nũcu paretur. Huius uero uerba adducens una & expoſitorios eorũdẽ cõmẽtarios, Alexãdri Aphrodiſiei referam. cuius teſtimonio perſpicua redetur Ariſtotelis ſententia, quia dictio uiri natura obliqua, ac cõtorta eſt, obiterq; in id, quod proponitur, alter affertur teſtis.

Ariſtotelis ex primo de Cœlo libro.

HIſce determinatis dicamus deinceps utrum ingenerabilis, an generabilis, & incorruptibilis, an corruptibilis prius cæterorum opinionibus recitatis. paucis uero interpoſitis. Oẽs itaq; factum eſſe aſſerunt, ſed factum quidam perpetuum quidam corruptibilem perinde, ut quoduis aliud natura conſtitutum. quidam uiciſſim interdum hoc, interdum alio modo ſeſe habere corruptionem ſubeuntem, idq; hoc ſemper perſeuerare modo, ut Empedocles Agrigẽtinus, & Heraclitus Epheſius.

Alexandri Aphrodiſiei verba ex cõmentariis, in ea quæ recitauimus expoſitoriis.

MVndum itaq; genitum eſſe omnes cũ Theologos tum naturales aſſerit, inter ſe cõſentire, in his uero, quæ ſequũtur. diſſidere. Hi. n. qui genitum eſſe aſſerunt, perpetuum ip̄m eſſe affirmarũt. Orpheus enim, & Heſiodus, & Theologoꝝ plurimi in hac fuere opinione, & poſt hos Plato. nõnulli uero qui factum eſſe aſſerunt, & caducum eſſe ſimul oſtendunt, perinde ac quorũdam aliorum ſingulum. omnia. n. gigni, & corrũpi, conſpiciũtur. Alii uero ipſum uiciſſim gigni, & interire aſſerunt. & q̄buſdam rurſus circuitibus gigni, & item corrũpi, ac id perpetuo fieri, & ſemp̄, ut Empedocles, & Heraclitus, & Stoicos in hac extitiſſe aſſerit opinione. & poſt pauca. qui uero generabile aſſerunt ip̄m, ac corruptibile, perinde ac quoduis conſiſtẽtium aliud, ut Democritus. ut. n. aliorum quodq; gignit' ſecũdum ipſum ac corrumpit', ita & mundorum quiſque infinitorum.

Ariſtotelis verba quæ deinceps propoſitis inhærent.

IGitur factum quidem eſſe, perpetuum tamẽ eſſe aſſerere, ex his eſt, quæ nequeunt eſſe. nãq; ſola ponenda ſunt, quæ in multis, aut in omnibus eſſe uidemus. de hoc autem cõtrarium accidit. omnia enim quæ gignuntur, & corruptionem ſubire uidentur.

Alexandri expoſitio.

CVm opiniones, quas eorum, qui ætate ipſum anteceſſere, de mũdo habuere, expoſuit, & quærens quid ab ipſis recte, aut perperam dictum eſt. primũ aduerſus eos, qui ip̄m generabile eſſe, ac incorruptibile cõſtituunt, diſſerit in quibus, ut dixi, Theologi, & Plato ponunt', quorum & primũ opinionem poſuit, & Platonẽ. n. huius extitiſſe opinionis, & non ut Platonicorum aliqui aſſerũt, mundum, qui ſecũdum ip̄m eſt generabilis, dici generabilem, eo q̄d' dũ gignitur eſſe poſſideat, ex ipſis, quæ in Timæo a Platone dicunt', uerbis cognoſcere utiq; aliquis poterit. ita. n. generabile ut iſti uolunt, mũdum ab ipſo dici, quia gignit', & abolet'. nunq̄ uero genitus, itaq; ea quæ ſunt, partiẽs inquit, quid q̄d' ſemper eſt, generatione uero carens, & quid q̄d' ſit, exiſtens uero nunq̄. de mũdo uero non gigni, ſed genitum eſſe utit', & ab initio q̄rere p̄ponit, non ſi gignitur, ſed ſi genitus eſt, an ingenerabilis eſt, nõ. n. quærere cõſtituit ſi gignitur, ſed ſi genitus eſt, an ingenerabilis eſt. nõnulli nãq; ſunt, qui nitũtur, ꝭ in ꝟ trãſcribere, ac legere, ſi genitus eſt, ſi & ingenerabilis eſt. p̄terquã. n. quod abſurdum eſt, quæ ita nõ ſe habent, trãſcribere amplius & intelligi nequit, & nequaq̄ quod ab ipſis dicit', his, quæ deinceps dicũtur, quadrare pot. dicit. n. parum p̄greſſus ipſum rurſus determinans problema, ſemp̄ ne erat nullo ortus initio, an genitus eſt, ab aliquo principio cũ inchoaſſet. hoc. n. ab aliquo prin-

cipio inchoaſſe, nõ amplius ſi & ingenerabilis eſt, trãſcribentibus locum tribuit. ꝓponens ue-
ro de hoc quærere, deinceps genitum eſſe demonſtrat. planum ab aliquo principio inchoaſſe.
Hoc.n.erat ꝓpoſitum, quod non aliud aliqd' profecto principium, quã ſecundũ tps eſt. etenĩ
ſi quod gignit', nõdum genitum eſt, genitum planũ quod nondum genitum, genitũ uero eſſe
mũdum aſſerit. non igitur ꝙ gignit' ſecũdum ipſum, ut genitus.n. generari cum incœpiſſet, fi
nem iã generationis ſumpſit. etenĩ ſi ita dixit mũdum generabilem, ut cum gignit' eſſe, habe-
re recipiat ipſum oportebat, ac eũdem corruptionem ſubire. etenim quod ita fit, ut gigni, ſic &
corrũpi ſimul tributum ſit. ipm uero dicens generabilẽ eſſe, non amplius & ipm incorruptibi
lem eſſe concedet. quomodo.n. ipm dici ab ipſo incorruptibilem aſſerũt? Siquidem.n. ita di-
cerent, non eo ꝙ corrumpit', eſſe habere. forte utiq; talis incorruptibilem ipm eſſe aſſerens, ut
auferat in corruptione eſſe habere, nõ utiq; gigni ipſum ille amplius diceret. eiuſmodi.n. cor-
ruptioni talis generatio cõnectitur. ſi uero ipm ſecũdum tempus incorruptibilẽ diceret, ꝑſpi-
cuum utiq;, ꝙ & generabili ſecũdũ tps uſus eſt. ita.n. incorruptibili, ſic generabile opponi ne-
ceſſe eſt. Amplius perimere uolens qd' corruptibile appareat ſequi generabile, ipm eſſe ĩcor-
ruptibile aſſerit. ſi uero ſecũdum tps dicit ipſum eſſe incorruptibilẽ, hoc utiq; ſequens genera-
bile ſumit. ſed non, generabile qd' dum generat' eſſe habeat, ſed genitũ a tẽporis principio ſe-
quitur hoc modo mũdum ſecũdum ipm genitum eſſe perſpicuum eſt. ſed ipm quãdam ĩcor-
ruptionis cauſam quærere, qd' Plato facit, non negãtis eſt ipm a temporis initio dicere genitũ
eſſe. Si.n. erat ingenerabilis, in ſeipſo utiq; incorruptionis cauſam atq; principiũ habuiſſet. ſiq
dem ipſe ingenerabile ſua natura incorruptibile eſſe fatet', ꝙ aũt tãquã non ſua natura mun-
dus exiſtat incorruptibilis, Dei uolũtate eius opponit incorruptionẽ, ſed & de mundo ꝑdica-
ri ſæpius ꝙ eſt, indicium ipm dicere nõ ita genitum eſſe, ut dum generat' eſſe habeat. Si.n. an-
tequã genitus eſt nõ erat, genus uero eſt huius genitũ eſſe ipſi nõ de eo, ꝙ dum generat' eẽ ha-
beat ꝑdicatur, ſed neq; illud cõſequenter ad Platonis opinionẽ dicit'. dilucidationis gratia ge
nerationẽ eius ſuppõni ut magis qualis eſt natura per ſimulatã generationẽ nobis cogniturũs.
Nõ enim protinus incipiẽs tãquã de hoc ꝑcipue quæſiturus, ꝓblema hoc ꝓpoſuit, cum dimi
ſiſſet declarare, cuius gratia ipm genitum eſſe aſſerat, cũ ſit ingenerabilis, ſed perinde atq; in li
bris de republica, quia in ſermonẽ de iuſtitia cõferet, de ciuitatis, & reipublicæ cõſtitutionẽ nõ
nihil oratio, de his diſſerens, ante, cuius gr͞a diſſereret, dixit. ita de mũdo ꝓfecto feciſſet.

Ariſtotelis ex eodem poſt pauca eorum quæ propoſuit.

SVbſidium autẽ, quod quidã eorum, qui dicunt mũdum incorruptibilem qdem eſſe, atta-
men factum eſſe ſibiipſis enitunt' ferre, minime uerũ exiſtit. inquiunt.n. & ſe perinde, ut q
deſignationes deſcribũt, de generatione dixiſſe, nõ quia aliquãdo ortus eſt mũdus, ſed doctri-
ne gratiam, quia diſcẽtes magis cognoſcunt, ſi ut deſignationẽ, factũ uiderint. hoc autem non
idem eſt. ut dicimus in deſignationum effectione, omnibus poſitis eſſe ſimul accidit idẽ, in ho
rum autẽ demõſtrationibus nõ idem. ſed qd' fieri nequit accidit, ea nãq; quæ prius, & poſte-
rius ſumunt' ſubcontraria ſunt. ex inordinatis.n. aſſerunt ordinata, eſſe orta, ſimul uero inor-
dinatum idẽ, & ordinatum haud fieri põt. ſed generationem eſſe, quæ ſecernat, & tempus ne-
ceſſe eſt. deſignationibus uero nihil eſt tempore ſeparatum.

Alexandri Expoſitio.

ESſet utiq; hoc ꝙ diſſerit aduerſus nõnullos qui a Platone manarũt, ut illis abſurdum intu
entibus qd' ſequitur eum, qui mundũ generabilem incorruptibilẽ aſſerit. & ideo ſubſidiũ
quoddam Platonis dicto, & ſuo exhibẽtibus ac negãtibus, ita dicere ipm genitũ eſſe mundũ,
ut a temporis principio, ac aliquãdo non extitiſſe mũdum, ſed doctrinæ gratia addiſcentiũ, &
oſtenſionis ſubſtãtiæ, ac naturæ eius, quẽadmodum.n. aſſerunt ipm ei⁹ ſubſtãtiæ reſolõnẽ fa-
cere, & ſi ortus eſt, quo ꝓfecto eſt ortus modo uelut mathematici efficiunt in deſignationib⁹,
nãq; in illis, ex ſe x aſſerens Plato nõ dicere cubum cõſtare tetragonis, & reſoluẽs, ac demõſtrãs

ex his

ex his quo pacto ipſi cõſtitutio ineſt, non quia ortus, aut cõpoſitus aliquãdo ſit, dicit, ſed quoniam ex his ipſi eſſe, generationis ſuppoſitione demõſtrat, quoniã quidem, ſi ortus eẽt, ex his profecto iſto modo factus eẽt, non alio modo, & de mũdo dici aſſerunt. non. n. quia factus ſit, ſed quia ex his ipſi eſt eſſe, ſi factus eſſet, perinde, ut ipſi aſſerũt, ex ipſis eſſet factus ipſos quidem nõ recte inquit. qđ dictum eſt, interp̃tari. non. n. qui hæc diſſerunt per exẽplar, euadunt quin abſurditas orõnem cõſequatur. nulla eſt ſimilitudo, mathematicus. n. cubum ex ſex aſſerens cõſtare quadrãgulis, & eius generationem, e quibus ipſe ortum eſſe dicit, aut triãgulũ ex tribus rectis, hæc ſumit, quæ inſunt ei, qđ ex ipſis gigni dictum eſt. & in ipſo ſunt, ſed nõ ſeparata, compoſita ſunt. & id reſolutio plane demõſtrat. Nãq; in elemẽta, non quæ ſeparata ſunt, ſed quæ inſunt, fit reſolutio. neq; ipſis opus eſt, aliqua ut fiat mutatio, ſi ex eis effici debeat quo nãq; modo ex his quæ ipſi inſunt, æditus eſt. ſi dicunt qđ ortus eſt. omnia nãq; ſimul exiſtẽtia mathematicus ſummus, altera ex alteris, quæ inſunt ipſis, nitit̃ ſimul ſtantia demõſtrare. non enim eſt cubus quadrãgulorum corruptiuus, qui per illorũ mutationem factus, inſunt igitur ipſi, neq; ut ipſi quadrãguli neceſſarium, & ante cubi cõſtitutionem conſiſtant. Simul igit̃ inſunt, & in ipſo, ut diximus inſunt, ad ſuppoſitionem nãq; & non ueritatẽ generationẽ ſumens ex talibus ſumit, quorũ non eſt corruptiuum id, qđ ex ipſis genitum eſſe dicit̃. unde quæ ſumimus in alicuius generationẽ, fieri nequit, ut non ſubeat mutationem, & conſeruent̃, ſi ex ipſis efficiat̃ aliquid, ſed ipſorum mutatione fit, qđ eſſe ex ipſis dicit̃. Hic uero genitus eſt, neq; amplius iſtiuſmodi ad ſuppõnem ſumpta generatio eſt. Talis. n. eorum, quæ uere generãtur, eſt generatio. & ita quæ natura fiunt, generant̃. Nõ. n. mathematicus ad ſuppõnem amplius gigni ſump̃ſit. ſi ex talibus ipſa gigni ſuppoſuit, quæ neceſſe erat mutationẽ ſubeũdo ipſa, aut ſecũdum qualitatem, aut ſecũdum ordinem, quædã cõſtituere. Demõſtrata. n. ad ſuppõnem fieri nõ ea, e quibus ortus eſt, ſuppoſita ſunt. uident̃ uero, ſed his exiſtẽtibus, ac inſidẽtibus in his, quæ demonſtrata ſunt ex ipſis genitum eſſe, ſolã ſecũdum r̃onem, additam habet cõpoſitionem. tale nãq;, & per talia reſolutio. in his, quæ uere generant̃, non ita ſe habet. nõ enim ſimul ſanguis menſtruus, & fœtus neq; ſimul laterũ, ac lapidũ inordinatio, & ex ipſis domus. Ex eiuſmodi uero mũdum generant̃, nãq; ex mutatione in ordinationis corporum, inordinatam motionem mũdum generãs ex hoc ip̃m eſſe genitum aſſerit. quod cum ſit, ut ſit mũdus, haud fieri põt. inordinatio nãq; ordinationi cõtraria, & inordinationẽ tolli, ſi ordinatio eſt futura. oportet. mutatione igitur, & generatione uera eſt opus, ſi omnino aliquis in ordinationem eſſe poſuerit. nãq; in ordinationem per generationẽ, & mutationem in ordinẽ referri eſt neceſſe. nõ ita uero in deſignationibus ſeſe habet, ſed inſidẽtibus, e quibus ipſorum generationem ſupponũt, nihil eorum, quæ in ipſis ſunt, mouẽtes, ipſorum generationẽ demõſtrant, cõiectura uero ipſos non recte dicere, neq; ut aſſerunt, æque, ut mathematici reſolutione uti, ſed generationẽ ſubſcribere, ex quibus aſſerunt mundũ genitum eſſe, hæc ut ſint haud fieri poteſt ipſo exiſtente, ſed tẽpore p̃eſſe debere, ut in oibus euenit, quæ gignunt̃, quæ. n. uiciſſim ſe corrumpunt, &, ut eidem ad ſuppõnem inſint, fieri haud quaquam põt. quãobrem mathematici ueri dicunt ſimilia, qui aſſerunt non deſignationum dicere generationem, ſed declaratiõis, ac doctrinæ gratia ſuppoſitione uti. nõ enim ex cõtrariis, neq; ex ſeparatis prorſus generatio, ipſis ideo & ſimul inſunt. His uero, quæ gigni, & genita eſſe dicunt̃ & quæ, e quib⁹ genita ſunt, ideo & in id, qđ eſſe non põt, dicunt figurarum eſſe generationem. ſed nõ quidẽ, & ad ea, quæ ſupponunt, ipſi ut eſſe non poſſit, cõtingit. quod his qui generant mũdum, & ad ſuppoſitionẽ eſſe accidere non põt. ſimul enim inordinatio, & ipſorum ordinatio, ut ſit, haud fieri põt. quare p̃eſſe ſecũdum ipſos mũdi inordinationem neceſſe eſt. ſiquidem erat, cum. n. erat ipſa, ut eſſet mũdus, fieri nequibat. Per generationem igit̃ uere apud ipſos mũdus eſſe habuit. & a temporis principio, & mutatione aliqua, ac corruptione, non. n. hæc mundo ineſſe, neq; ſimul ipſi ineſſe, qualia, e quibus ip̃m genitum eſſe aſſerũt. eſſet. n. ita genitum reſolutio. in talibus enim quæ ſimul eſſe poſſunt, reſolutio. ſed fieri non põt, ut ſimul inſint ipſi, quæ ſimul inſunt, & mutant̃ mundi generationis & ſubſtãtiæ cauſæ, ſi uero mũdo corporum inordinatio, ex qua ge-

nerant ipm, non inſit, neq; ſimul inſit, ſed ꝑ extiterit, & ipſorum mutatione mũdi generatio, ſed non æque in mathematicis uera utiq; generatio eſſet dicta, neq; reſolutio, qualis in mathematicis, ex eiuſmodi.n. alicuius generationẽ fieri ſupponẽs, quibus nõ mutatis, qđ ſuppoſitũ eſt, ex ipſis ut fiat, fieri nequaq̃ põt. is generationem ueram non ad rõnem uſq; accipit.

Ariſtotelis ex eodem.

NOnnulli.n. ſunt, q̊bus contingere uidet᷑, & corrumpi aliquid, cum ingenerabile ſit. & genitum eſſe ueluti in Timæo incorruptibile perſeuerare. ibi enim cœlum genitum eſſe aſſerit, reliquo autem tempore ſemper fore.

Alexandri.

NOn quia utraq; ibi deſcripta ſint, ingenerabile quid cũ exiſtat corruptum iri, & genitũ, perpetuum ꝑmanere, ſolum nãq; ibi ſecũdum deſcriptum eſt, ut & ipſe infert, mũdũ quidem factum eſſe, eſſe uero perpetuum, ſed qđ hoc dicto eum qui id dicit illud ſequat᷑, non alterius eſt ſentẽtiæ dicere. aliquod genitũ non corruptum iri, & ingenerabile corruptionẽ ſubiturum. ſecus & æque eũ, qui dicit mũdum genitum eſſe, non corruptũ iri, atq; illum, qui ingenerabile cũ aliquod exiſtat, corrũpi ſequitur. inordinatio.n. ex qua genitus eſt mũdus ſecũdũ ipſos ingenerabilis exiſtẽs in ordinem, & mũdum tranſmutata, corrupta, eſt. alterum.n. in Timæo, ꝙ ſolum dictum eſt, ipſe quid inſerens declarauit, ꝙ dictum eſt. ibi enim cœlum inquit factum eſſe, at certe reliquo ſemper fore tempore.

Ariſtotelis ex octauo naturalis auſcultationis.

AT uero de temporis æternitate oĩum, uno excepto, cõmunis uidet᷑ eſſe ſententia. ingenerabile.n. eſſe dicunt, & ꝓpter hoc Democritus, qđ fieri nõ poſſit, ut omnia genita ſint, demonſtrat. tempus.n. ingenerabile. Plato autẽ ſolus generat. una.n. ipſum cum cœlo genitũ eẽ, cœlum uero aſſerit genitũ. Ariſtoteles igit᷑ hæc, & huius mẽtem in Cõmentariis, quos in ipm compoſuit Alexander, inueſtigauit. & prius in reſpõſionibus, quas adduximus tauri Platonici ex cõmentariis, quos in Timæũ confecit plurimos & alios Philoſophos ita de Platone exiſtimaſſe, planum factũ eſt. Forte operæꝑꝑcium, ſi eadem iterũ repetamus. ita.n. diſſerit taurus. cũ quæſitum ſit, ſi Platoni placuit mũdum eſſe ingenerabilẽ, de hoc Philoſophi magnopere diſſentiunt. Ariſtoteles igit᷑ inquit Timæũ dicere generabilẽ eſſe mũdum aſſerente Timæo genitum eſſe, etenim eius cõmentarium de uniuerſo tãquã generabili fert᷑, & Theophraſtus in eo, quem cõpoſuit libro de naturaliũ placitis ſecũdum Platonem inqt, mundum eſſe generabilẽ, & ita obiectiones cõficit, iuxta uero oſtendit forte declarationis cauſa ipm ſupponere generabilem eſſe. & qdam alii. ita ſecũdum Platonem generabilẽ eſſe, nõnulli uero ingenerabilẽ intulere. ita didicimus, & hic multos alios Philoſophos & Theophraſtũ hæc de Platone enũtiaſſe. atqui Theophraſtus. ut inqt, nixus eſt defendere, nunq̃ declaratiõis cauſa ipm eſſe generabilem ſuppoſuiſſe Platonẽ. ſed deinceps itẽ ipſe taurus eiuſmodi ſuppõnem perimẽtem adducit Theophraſtum, itaq; poſt pauca eorum, quæ ꝓpoſuimus, hæc diſſerit. mos Platoni doctrinæ gratia genita tradere, quãuis in libris de Republi. æditam inducit ciuitatẽ, ut in eius apparatu, iuſtitiæ generatio efficiat᷑ clarior. Qđ quidem Theophraſtus dicẽs forte utiq; generabilem declarationis cauſa perinde dicit, ut & inqt in factis deſignationibus cõſequamur. niſi forte generatio nõ ſimiliter deſignationibus ſe habet. iſtud idẽ dicit Ariſto. inquit.n. & ille in deſignationibus in principio cõtraria ſupponi licet, in mũdi uero generatione nõ item. ut ſi quis motum, & ſtatũ, ordinẽ, & inordinationem ſupponeret. itaq; mundi ſubſiſtẽtiam non uacare principio nõ negare Platonẽ, ſed ipſi eſſe principiũ tribuere tum abũdãter ut puto, ratio tum Philoſophorũ de Platonis opinione teſtimonia his, qui prorſus contentioſi non ſunt, & poſteriorem ꝓpria cupiditate non ducũt ueritatem, demonſtrarũt. quæ qdem Proclus in ea, cuius

ſæpe meminimus, pro Timæo aduerſus Ariſtotelē ratione ex his, quæ Porphyrii ſunt, itē trāſcribens ponit, ex circuitibus demōſtrare nitens Platonē mūdi generationem abſq; principio eſſe exiſtumaſſe. quoniā mundi exēplar perpetuum eſſe aſſerit, & quia mundi ſubſiſtētiæ inqt, Dei bonitas cauſa eſt. Bonus. n. inquit Plato erat, bono uero nulla unquā de ullo aboritur inuidia, ex quibus Proclus cōcludit, ſi mundi exēplar ſemper eſt, & mundum exemplaris ſimulacrum ſemp eſſe, & ſi Deus abſq; inuidia ſemp eſt, quoniam eſt ſemp bonus, ſemp & mundum eſſe neceſſarium eſſe, aut ſi ſemp non eſt mundus, potētia eſſe, & huius fabrum, & hac de cauſa imperfectum, ac tempore indigentem. Hæc igitur & eiuſmodi, ut iam copioſe in ſuperioribus inueſtigata nunc omitto, perſpicuum enim his confutatis, neque ex his Platonem mundum arbitrari, eſſe perpetuum, illatum iri.

Quod natura ſolubilem & generabilem Plato eſſe dicens mundum conſequenter & factum eſſe ipſum enuntiauit, & q. eſt immateriale ſecundum ſuæ naturæ rationem, & non aduentitiam ab altero, & apparatam habet immortalitatem ſecundum Platonem ingenerabile ſequitur. Cap. XXVIII.

Reliquum uero de ea, quæ diximus, cōſequēs eſſet, ut quæ in principio ppoſiti capitis nos polliciti ſumus conſiderare, niſi ipſe ſibiipſi Plato contrariam dicens dephendetur. ſi eni omni, quod factum eſt ſecūdum ipſum neceſſario interitus ineſt, hoc uero cum oppoſitiōe ſecundum cōuerſionem, ſequit͛, omne quod non corrūpitur, id non eſſe factum, quomodo fieri poteſt ut idem, & ſimul corruptionis expers, & ingenerabilē mūdus eſſe ſupponat͛, ad hoc autem obuiatio cōpendioſa eſt. Si. n. ſecūdum tempus ingenerabile, & per naturam corruptiōis expers eſt, ſi igitur cui natura incorruptibilitas inſita non eſt, id ſecūdum tps non eſt ingenerabile, nō mundo natura incorruptibilitatem ſuppoſuit Plato cōtra, naturā eſſe corruptibilē aſſerit. omne nāq; iunctum fieri poſſe, ut ſoluatur, quatenus ſolubile. ſiquidem. n. geniti eſtis, inquit. nequaq̄ imortales ſitis, neq; diſſolubiles omnino, neq; diſſoluemini, neq; mortis fatū guſtabitis. mea uoluntate maius item uinculū, & firmum magis ſortiti, quā illa, quibus tū cū gignebamini, colligati. Si igitur inqt ſecūdum Platonē mundus mortalis, ac diſſolubilis exiſtit, indiſſolubilem uero ipm opificis uoluntate indiſſolubilis inqt non natura, ſed mea uoluntate & ingenerabilis eſt ſecūdum tps, ita ſibiipſi in oibus conſtare Platonem oſtenſum eſt, ſiquidē naturā immortalem putabat mūdum, & indiſſolubilē a deo factum, qualia, & intelligibilia eē aſſerit, & ipm ſecūdum tempus eſſe ingenerabile ſupponi cōſequebatur. ſi natura diſſolubilis, nihil autem eorū, quæ ſecundum tps ſunt ingenerabilia diſſolubile, nō itaq; ſecundum tps eſt ingenerabilis. nam ppter idipſum inquit Plato, quoniā mundus eſt generabilis, ob id, & diſſolubilem eſſe. quāobrem quæ ppria principia cōſequuntur, cōcluſit. hoc, indiſſolubiles qdem non eſtis, neq; prorſus mortales, nō hoc dicit, ut nōnulli fabulantur, qd͛ nō eſtis ſimplices, ſed intelligentia contingit nos in ea, ex quibus cōpoſiti eſtis reſoluere, & hac mortales eſtis, natura ſolutionis, ac interitus capaci, ex oppoſito pſpicuum eſt, nō quidem inquit diſſoluemini, neq; mortis parcam ſentiētis, mea uolūtate maius adhuc eſtis uinculum & firmius illis ſortiti, quā illa, quibus tum, cum gignebamini colligati. ſi igit͛ ſolutionem, ac mortē ſecundum notionem ſignificat, & ſic ipſos eſſe aſſerit mortales, & hoc, nō ſoluemini igit͛, neq; diem fati uidebitis, nō utiq; hæc pati intellectiōe ſignificaret, quod. n. affirmatio ponit, hoc neceſſario tollit negatio, ſolutionem. n. & mortem, quā ipſis ineſſe ex ſua natura dixit, hāc rurſus Dei uolūtate ipſis nō ineſſe enuntiauit. Si igitur ex natura habet, ut notione, diſſolubiles, ac mortales ſint, Dei itaq; uoluntate notione ſolutionis, & interitus erūt expertes. iſtiuſmodi igit͛, quod diſſeritur, eſt nō eſtis quidem intelligētiā diſſolubiles, neq; mortales, neq; moriemini, idem igitur tum diſſolubile intelligentia, tum eadem non diſſolubile. & contradictio ſimul erit uera. ſi igit͛ hoc fatuū, ac dictu ſtultum, & in ſimplicia notione reſolui planum, ſolubilia ac mortalia nō notione, ſed natura cœleſtia eſſe, aſſerit, ſed quoniā & ſi eiuſmodi ſortita ſunt naturā, tamen Platoni uidet͛ pſam ermanere perpetua indiſſolubilia, ac imortalia non uinculo naturali, ſed Dei uolūta-

te contenta, ꝑpter hoc inquit. non omnino eſſe indiſſolubilia, & mortis expertia, ſed mortalitatem induere, & diſſolutionē quātum ad ipſorum attinet naturā, quoniā eiuſmodi eſt natura corporea, & omne genitum diſſolubile eſſe, ac mortale, quia opificis uoluntas quouis naturali uinculo robuſtior eſt, ímortalitatem ipſa cōſequi, perpetuo ipſis ab opifice intellectā. per inde. n. ſiquis domum, aut nauē continuo fabricās, & partes colliſas reſarciens plurimū hanc permanere tēporis caueret, ita & Deū inquit Plato rediuiuam, mundo ímortalitatē gratis concedere. Audi igiť qualia de hoc rurſus in dialogo de regno philoſophatus eſt. ita. n. inqt. uniuerſum. n. hoc Deus ipſe alias regit, agitat, atq; circūuoluit. tunc dimiſit, cum circuitus ipſi iā temporis accōmodati mēſuram ac modum adepti ſunt, ſponte itē in contraria reflectitur animal, & prudētiam ab eo, qui a principio ipm concine conſtruxit accepit, circuitus autē neceſſario hac de cauſa ipſi, innati quā ob cauſam, quia ſecūdum eadem & eodē modo ſeſe ſemper habere, & idē eſſe ſolis oīum diuiniſſimis cōgruit. corporis uero natura non huius eſt ordinis. quē uero cœlum aut mūdum noīauimus. plurium quidē, & beatorum a generante particeps factus, ſed cum corpore cōmunionem habet. unde fieri nequit, ut in uniuerſum ipſe mutationis ſit expers. ita igiť & in his Plato non diſſidet ab illis, quæ ex Timæo expoſuimus. inalterabile autē, & ſemp ſecundum eadē, & eodem modo ſeſe habere, ſoli intelligibili, & diuinæ accōmodatum eſt ſubſtātiæ. naturā uero corpoream oēm nō huius aſſerit eſſe ordinis. unde & corporeām mundi formā fieri non poſſe oino, ut mutationis ſit expers, enuntiauit, ſed tū conuerſiones, & mutationes uniuerſum ſuſtinere, cum cōuenientem iā temporis mēſuram circuitus ſumpſerit. & hoc rurſus ex ſacris lřis decerpens, ut recte nōnulli ex noſtris indicarunt. Circūuoluere. n. cœlum, & rurſus aſcēdere, cum iā conueniētem temporis mēſuram circuitus cœperint quid aliud eſt, quā quaſi opertorium, cœlos uolui, ac mutari. ſed quoniā itē Plato audiēs hoc. mortē. n. Deus non fecit, & hoc in eſſe omnia poſſedit. Immortalem putauit oportere permanere uniuerſum. audi quomodo iterum in eodē de regno dialogo non natura immortalitatem mundo, ſed aduētitiā ab opifice accedere aſſeruit. ex oibus quidē his mundum, neq; ipm oportet dicere uertere ſeipm ſemp. neq; uniuerſum adeo uerti duplicibus, ac contrariis circuitibus, neq; itē duos deos ſibiipſis conſulētes in contraria ipm uertere, ſed qď nuper dictū eſt, & ſolum reliquum alias ab alia diuina cauſa duci rurſus uitā adeptam, ac ímortalitatē ab opifice ꝑparata ſuſcipere, alias cum dimiſſus, recurrit. per ſeipm tali tempore oportere recurrere miſſum adeo, ut multa ambituum millia abſoluat. per hæc igiť maniſeſte tāq̄ cœlum ſecundū naturā non poſſideat ímortalitatem ꝑpter uniuerſæ corporeæ naturæ fluxibilitatē. item inquit ipm acquirere uiuere, & ab opifice ímortalitatem inſtauratricē ipſi accedere. ſi igiť cœlū eſſe animal Plato exiſtimat, omni uero animali eſſe, & ſubſtātia ſecūdum formā uitæ quæ in ipſo eſt, ſubſiſtit. itaq; cœlum eſſe, & ſubſtātia in forma ꝑpria habebit. hāc aūt uitam. itē, & itē adipiſci cœlum aſſerit. & reſarcitricem ipſi ab opifice ímortalitatē accedere. nō igiť natura indiſſolubilem & immortalem cœli ſubſtantiam Plato eſſe putauit. itaq; neq; eius ſubſiſtētiā ſine principio ſupponit. omne. n. quod principio caret, & ſecundū naturā mortalitatis nō particeps eſſe neceſſe eſt, & omne, qď natura corruptionis nō eſt expers, neceſſario generabile eſt.

Quod quibus abſq; morbo & ſenio eſſe dicit mundum Plato, his ipſis manifeſte demonſtrat non ſecūdum naturam eiuſmodi ipſum eſſe putat, & q, etſi nihil ſit extra mundum, q, ipſum corrumpere valeat, nihilminus corruptibilis eſt, quia propria finitus eſt virtute, & q, hęc eadē & Proclus in aliis plane confeſſus eſt. Cap. XXIX.

SI uero in aliis Plato mūdum ſufficiētem, & minime indigum aſſerit eſſe abſq; morbo, ac ſenio, ſed non ita ipm ſibi, ut perpetuo maneat, ſufficiētem, eiuſmodi eſſe ait. ſed æque a nullo externorum, atq; noſtra corpora, corrumpētium quippiā ſuſtinētē. non. n. eſt corpus extra mundum, a quo utiq; eiuſmodi quippiam pati poſſit. ut ſingula quæq; a cōtinēte, neq; perinde, atq;

de, atq; corpora noſtra, & particularium unumqdq; a continẽte diſſoluit̃, & eius, qd' deeſt, reſtaurationem per ea, quæ extrinſecus ingrediunt̃, recipit, ita & cœlũ. nihil. n. extrinſecus eſt, neq; ipm reſoluens, neq; alimento recreãs, ipm. n. ſibiipſi inquit Plato alimẽtũ ſuiipſius tabẽ ꝑbet. Alterius. n. diminutio, alimẽtũ euadit alterius. aeris. n. ſi cõtigerit corruptio, aut aq̃, aut ignis, generatione. & eodẽ modo in aliis, ſic igit̃ &, ut dictum eſt, externis minime egẽs eſt: & ita ſine morbo, & abſq; ſenio, ut externi nihil habeat, a quo patiat̃, id non ideo eſt, q̃a natura ſufficiens eſt & ĩmortalis. ſolam nãq; ſubſtãtiæ intelligibilẽ ſemp uniuſmodi & ſui nõ diſſimilem eſſe aſſeruit. naturã autem corporeã ab hoc ordine eſſe diuerſam, eorũ autẽ, quæ gignũtur, ac intereunt, oẽm eſſe, quæq; uere nunq̃ exiſtũt. quomodo igit̃ rurſus, niſi dicto mõ, tum ſufficiẽtem, tum indigẽtiæ expertem eſſe diceret? quoniã. n. in hãc ſentẽtiam, hæc de mundo diſſerit, nihil melius, quã nos audire philoſophi uerba. Hæc. n. in Timæo diſſerit, ex his qdẽ, atq; eiuſmodi, & numero quatuor mundi corpus effectũ, per ꝓportionẽ cõſeſſi ſunt, ea amicitia ipſe ſe complectit̃, atq; ita apte coheret, ut ab aliis ꝑterq; ab eo, qui colligauit, diſſolui nequeat. quatuor qdem unum coꝝ ſingulum mũdi ſumpſit cõſtitutio, ex igne. n. omni aqua, & aere, ac terra ipm conſtituit, partẽ nullius aliquã, neq; uirtutẽ extrinſecus relinquẽs. hæc cogitans primum qdem ut totum, qm̃ maxime animal ꝑfectum ex partibus cõſtaret perfectis. ad hæc uero, unũ, tãq̃ non derelictis, ex quibus aliud eiuſmodi gigni poſſet, amplius uero, ut ſine ſenio, ac morbo eſſet, intelligẽs, ut uehemẽter corpore calida & frigida, & cuncta, quæ ualidas habẽt uires, eſſent, quæ extrinſecus circũſtãt, & incidunt, quæ tps ſoluit, & morbos, & ſenectutem inducẽtia corruptionẽ inducunt. hac de cauſa, & cogitatione totum ex totis oibus perfectum, & abſq; ſenio, & ſine morbo ipm fabricauit Deus. cauſas in his tres dixit Plato, qb' nullum extra cœlum opifex relinquit, elemẽtum, neq; partẽ, neq; uirtutẽ, partẽ. n. corporis loco dicens, ut partẽ aliquã ignis, aut aquæ, aut reliquoꝝ corpoꝝ. nãq; partes corpora ſunt: uirtutem uero qualitates, quæ formã elemẽtis cõſtituunt, caliditatẽ, aio & frigiditatẽ, humiditatẽ, ac ſiccitatem, grauitatem, & lenitatem, atq; reliquas. unam, quidem, ut ꝑfectus ſit mundus ex totis totus, & perfectus ex elementis factus perfectus, alteram uero, ut unus ſit ſolus, mundus, nõ ut Democrito, & aliis uiſum eſt, plures, aut infiniti ſint mũdi. ſi. n. mundus ſecũdũ Platonem eſt animal ex quatuor cõſtitum elemẽtis. nulla autẽ extra mundum elemẽti pars derelicta eſt, neq; igit̃ alterũ, elemẽtis mũdum cõſtituentibus in hoc oibus cõphẽſis, mundum eſſe cõtingit. tertiã uero, ut abſq; morbo ſit, atq; ſenio ſentiat mũdus, cum nihil fuerit extra ipſum, a quo patiatur. ut. n. noſtra corpora imoderate refrigerata a cõtinente, & calefacta humectata, ac exiccata reliquas perpeſſa fuerint affectiones, ab eis moderata delabit̃ temperies, ꝓinde ſeneſcunt, ac deſtruunt̃. ita inquit. ſi extra cœlum elementorũ partes aliquæ, aut uirtutes relinquant̃, quæ extra, cœlo occurrentes eædẽ nimirũ ipſi ob propriæ facultatis efficaciã, affectiones inuſiſſent, quæ & noſtris a cõtinente cõtingunt corporibus. itaq;, ut his uniuerſum ſolutum eſſet affectionibus, oẽm inquit elemẽtoꝝ naturam opifex intus concluſit, at qui ſi ſenectutem, ac ſolutionẽ cœlum natura aptum, ut pateret̃, non eſſet, neq; utiq; ſi uniuerſa elementoꝝ natura, quæ extrinſecus exiſtit, ei appelleret, ab ipſis aliquãdo quippiã, cũ talia exiſterẽt, pateretur, cuius natura eius nõ eſſet ſuſceptrix. Quid. n. utiq; ſubſtãtiæ mundi rõnales ab efficaci corpoꝝ potentia pati poſſent. non igit̃, quia expers alterationis ſit, non ſeneſcit, neq; morbo cœlum obnoxiũ, & eius ſecũdum naturã immortalitatẽ ſupponit. contrarium. n. qd' quidẽ dixi, ex his, quæ nunc diſſerui, demõſtratur. qm̃ natura ſolubilis mundus, quẽ & mortalitas cõſequebatur, qm̃ & generabilis, qm̃ & corpus. uult. n. ipm perpetuo ꝑmanere, ut nulla ex affectionibus, quæ corrumpere poſſunt, ſuſtineret. nihil extra ipm eoꝝ, quæ ipm corrumpere nata ſunt, molitor dereliquit. qd' uero natura indiſſolubile nõ eſt, a quouis mõ aliqñ diſſolui poſſet. non igit̃ in mundi anima eiuſmodi quid apud Platonẽ faber cauit, ſed hanc ex medio omnino ad extremum cœlũ complicãs nihil iſtiuſmodi ſuſpicatus eſt. nũq̃ ob cõplicationẽ, quæ ad ea eſt, quæ calefaciũt, ac frigefaciunt, mutationẽ aliquã, & alterationẽ ſuſtineret. intelligibili. n. exiſtit natura, quæ eſt ſemp uniuſmodi & ſui ſimilis, at qd de mũdi aia dico, neq;. n. no-

ſtras corporibus colligãs animas,& ĩmortali mortale inſerens,quid eoꝝ,quæ corrumpere ua
lent,ipſas,cauit.qm̃ & ipſas naturæ ĩmortalis aſſerit eſſe.nihil igiť,quod natura ĩmortale, fie-
ri pōt,ut ab elementis patiať.hæc.n.inter ſe ſola pati nata ſunt,quæ eiuſdẽ adinuicẽ materiæ
cõmunionem habẽt,& naturã,quæ ſimiľr affici poſſit,ſortita ſunt.quare & cœlum niſi eiuſdẽ
materiæ ſit cum elemẽtis,nã ex ipſis ſecũdum Platonem conſtat,& cuncta elementoꝝ natura
exterius ipſi obuiaret.nihil utiq; ab ipſis ſuſtineret,nunc uero qm̃ ab his,ex quibus conſtitutũ
eſt,pati natum eſt,ut nihil pateret extra ip̃m inquit effectorem nihil reliquiſſe.ſed ſi & nihil
exterius eſt.a quo pati mũdum poſſit,ſed qm̃ Plato nouit omne corpus a uirtute regi finita,&
nullum corpus uirtutis eẽ infinitæ.Diſcipulus Platonis Ariſtoteles in fine ſermonis octaui de
phyſico auditu demõſtrauit,omne uero qď infinitæ uirtutis nõ eſt,ut perẽne ſic fieri nequaq̃
poteſt,& ꝓpter hoc,& cœlum & mũdum uniuerſum,qui naturæ corporeæ eſt,& uirtutẽ ha-
bet finita,non utiq; ip̃m ſibiipſi,ut perpetuo maneat,quãuis nihil ſit eoꝝ , quæ ſunt exterius,
quod i p̃m labefactare poſſit,adiumento eſſe pōt.uirtutem.n.finitam,qm̃ finita eſt,fieri aliqñ
imbecillem,neceſſe eſt,uideť uero ipſi,indiſſolubilis permanere mũdus , cuius gratia ipſum
opificem,qui eius uitã,& ĩmortalitatem parat,ipſi p̄eſſe uoluit,ut ita p̄manere mundus,ſemp:
poſſit.Si.n.natura alterationi minime obnoxium,& ĩmortalem Plato eſſe putaſſet. qualẽ eſſe
aſſerit intelligibilium naturã.quomodo itẽ reparatricem eſſe ĩmortalitatẽ eius.Hæc eni repu
gnantia ſunt,aut quomodo nihil extra ip̃m relinquit.ne ab eo patiens ſeneſcat,ac deſtruatur.
cum uero ipſi,& ineſſe aſſerit,ut indigẽtia careat,nõ quia natura ſit ſufficientis,ſed eo qď eoꝝ,
quæ exterius ſunt,nullo indigeat qď deficit,eius adiectiõe repleat,ac reſarciat.audi igiť qua-
lia,& de hac in Timæo diſſerit.leue qdem omne extra ip̃m accurate expoliuit,multoꝝ gratia,
oculis.n.nõ indigebat,aſpectabile.n.extra nihil relinquerat,neq; auditu,neq;.n.audibile, ſpi
ritus nõ erat circũſtans ſpiratione indigẽs,neq; rurſus opus aliquo eſſet inſtrumento, quo ali-
mẽtum in ip̃m ſuſciperet,prius uero areſactum rurſus emitteret.Diſcedit.n.neq; accedit ipſi
deſideratum.nõ.n.erat.ipſum.n.ſibiipſi alimẽtum,eius corruptionem p̄bens,& oĩa in ipſo,&
a ſeipſo patiens,& agens extra artẽ genitus.exiſtimauit.n.ip̃m,cum eſſet ſufficiẽs,quã aliis in
digens,melius fore.igiť non indigũ eſſe ipſi ineſſe,neq; natura inqt indigẽtiæ expers,ſed quia
nullo externoꝝ indiget.non.n.perinde ut nr̃a corpora eius,quod deeſt replerionẽ exterius,&
mũdus uniuerſus ſuſcipit,ſed ipſe a ſeipſo patitur,ac in ſeip̃m agit parte uidelicet agẽte, parte
uero patiẽte,& alterius partis corruptio,alterius alimẽtum,& augmentum efficiť ,cuius uero
partes corruptionibus,ac alterationibus ſubſternunť,huius & totũ eiſdẽ ſubſterni neceſſe eſt.
ſiquidẽ & totum,quã cũctæ partes,nihil eſt aliud.unde reſarciẽte ipſum, ac cõponente indi-
get.nõ igitur affectione uacat,& nõ indigus eſt mũdus.ſed eoꝝ,quæ extriſecus ſunt , minime
indigens eſt.& ab externis affici nõ pōt,quoniam nihil extrinſecus eſt.ipſe uero a ſeipſo pati-
tur,ac tabeſcit.tale uero natura affici pōt,& mortalitas eſt capax.nullũ.n.eoꝝ,quæ natura p̄-
dita ſunt ĩmortali,ut quæ rõne participãt,neq; eorũdem partes pati aliquid,aut tabeſcere na-
tæ ſunt,qm̃ & impartibilis,ac ſimplicis naturæ cõſtat omne.ſi aliquid qdem eſt ſecundũ natu
ram ĩmortale,itaq; ſi nõ natura ĩmortalis eſt mũdus,ſed aduẽtitã & reſarcitricem extrinſecus
ĩmortalitatem ſuſcipit,natura intentioni obnoxius eſt.ſi uero ſecundũ Platonẽ caducus natu
ra,rõni cõſentaneum eſt,ipſi eſſe initiũ tribuere.& ita nihil Plato in his ſibiipſi repugnãs ſup-
SEd omne inquit generabile ex aliquo, qď prius alienũ erat, gigniť, quare eſt pfecto aliqd uniuerſo alienum, id uero eſt, qď eſt extra generatum, igiť extra uniuerſum erit aliqď, qď prius, quã uniuerſum gignať, extra, ab uniuerſo ſit alienum, quãuis uerũ eſſe conceſſerimus, omne generabile ex aliquo gigni, qď prius erat alienũ, & eſſe aliquid uniuerſi priuſquã editũ eſſet, extra, & alienum, ex quo generatũ eſt, id Platonis ſentẽtiæ, quæ aſſerit nihil extra mũdũ eſſe, aduerſať, ut tãquã pugnans abiiciẽtes, mũdum ſecundum Platonẽ non generari recipiamus. cõſtituto. n. iam mũdo nihil eſſe extra inquit Plato, neq; alienum, id uero, quod conceſſimus, priuſquã mũdus in lucem editus eſſet ab ipſo alienum eſſe, ſiue forma pditum eſſet, ſiue in formæ ac materia qď reliquum eſt mũdi, non ꝑterea ab eo alienum, aut extra eſt, ſiquidem formis ueſtitũ fuiſſet, priorẽ abiiciens formã, ꝓprium ſubiectum edito mũdo materiã pbens, nõ ſecũdum ſubiectum reliquum mũdo cõſtituto eſt alienum. materia. n. ꝓpria, ex qua eẽ habet, nulli eſt aliena, neq; ſecũdum priorem formã, quæ iam abolita eſt, ac in id qď nõ eſt reſo-

luta receſſit,uerbi gr̃a.equus aliquis eneus ſit, & is conflatus efficiat̃ ſtatua.igitur equi forma aliena quidẽ rõne ſtatue cõſtituende,ſed poſtq̃ cõflatus equus in ſtatuã cõſtitutus eſt,cum equna figura in qđ non eſt ſeceſſit,nõ amplius eſſet ei,qđ editum eſt,quia non eſt aliena.ſed neq; equi materia æs ſtatue facta ſubiectum,ab ea aliena eſt,ſed elemẽtum potius.ita igit̃,ſi quid prius erat forma adornatum,ex quo mutato mũdus factus eſt,nõ utiq; forma, quæ corrupta eſt,& eſſe deſiit,eſſe a mũdo,qui ſubſtitit,aliena diceret̃,quod.n.iã nõ eſt,& nihil eſt.quomodo aut aliquid extra,dici poterit eſſe,aut alienum.extra.n.aliqđ exiſtens,aut alienũ ab eo,qđ eſt,pſpicuum eſt,& ip̃m eſſe,quod extra eſt,& alienum.ſi uero informæ ſit, ac materia id, ex quo mundus factus eſt,nõ magis a mundo aliena,quæ pars eius exiſtit,quã elementum diceret̃.Plato uero nihil eſſe aſſerẽs extra uniuerſum,neq; alienum,extra ip̃m inquit nullum relictũ corpus,quo pacto & nõ illic fatuum dicere,qđ,ſi ex alieno aliquo gigneret̃ mundus,erit aliquid extra uniuerſum,anteq̃ uniuerſus gigneret̃,ab uniuerſo alienum.a mundo.n.qui nõdum eſt,quo pacto utiq; extra aliquid eſſe dici poſſet,aut & alienũ.quãobrem neq; priuſquã mundus exiſteret,fieri poterat,ut uel extra ip̃m eſſe aliquid,aut alienum diceret̃,alienũ.n.ab aliquo,quod eſt,eſt alienum.pariter edito mũdo forma quæ iã abolita eſſe deſiit,a mũdo,qui nunc eſt,alienã dici a rõne abhorrens eſt.niſi quiſpiã ab eo qđ eſt,id quod nõ eſt,ut oppoſitũ,& priuationem eius qđ eſt,alienum aſſereret.a forma.n.aliena priuatio.ſed nõ ita Plato nihil eſſe extra uniuerſum aſſerit,ſed tãquã nulla extra curuũ cœli ambitum corpoꝝ exiſtat natura,itaq; ip̃m in Timæo audi platonẽ qualia de hoc dixerit.ſic ad uerbũ.ex his quidem,ac talibus,& numero quatuor mũdi corpus editum eſſe ꝑportione fatent̃,ipſe cõcordi quadã amicitia & charitate complectit̃ atq; ita apte coheret,ac diſſolui nullo modo queat,niſi ab eodẽ a quo eſt colligatus,ex quatuor quidem qđq; unum ſumpſit mundi cõſtitutio ex igne nãq; toto aqua,aere terra ip̃m componens cõſtituit,partẽ nullam,neq; potentiam alicuius extra derelinquẽs,quare apte extra uniuerſum aliqd nõ eſt,nullum eſſe corpus,aut corporis uirtutẽ extra cœlum dicit.ꝙ uero nõ eſt extra uniuerſum,& ab eo,ꝙ eſt,alienum eſſe dicere mẽdacium non eſt,imo neceſſariũ & Platonis ſuppõnibus minime repugnãs.ꝓinde dicens extra uniuerſum,nihil eſſe nec elemẽti partem,neq; uirtutẽ is a forma priuationem alienã non eſſe nõ ſuſtulit,ac extra id,qđ ſecũdum naturã forma indutũ eſt,non localiter,nõ localiter uero dixi,quia qđ non eſt,neq; intra eius,qđ eſt ambitum,neq; localiter extra eſt,priuatio uero non eſt,ſed neq; elementorum partes,ac uirtutes ſunt mũdi priuatio.nullius nãque pars,aut naturalis uirtus,totius exiſtit priuatio.

Quod non omne,qđ gignitur,ex contrario omnino gignitur.quare neq; mundus ſiquidem genitus ex contrario penitus generatus eſt. Cap. III.

SEd ne quidẽ,ſi quẽadmodum conceſſimus,erat aliquid ante mundi generationem,ex quo mundus factus eſt,id mundo eſſe cõtrarium,erat neceſſe.cuncta nãq;,quæ gignunt̃,ex cõtrario oĩno gigni falſum eſt.ſiquidẽ non modo accidẽtium,ſed etiã ſubſtantiarum generatio eſt.Omne uero ex cõtrario gigni,qđ gignit̃,ſubſtãtiæ igitur omni generabili cõtrarium aliquod erit,ſed nihil,ut in ꝑdicamentis demõſtrauit Ariſtoteles,ſubſtãtiæ eſt cõtrarium.quandoqdem ſubſtãtia per ſe ſubſiſtens eſt,ei uero,qđ per ſe ſubſiſtit,quatenus iſtiuſmodi eſt,nihil eſt cõtrarium.quid.n.homini,ut hõ eſt,contrarium eſt.qđ cani,aut equo,quid deniq; ficu,aut uiti,ac eiuſmodi aliis.cõtraria.n.eodẽ in ſubiecto per ſucceſſionẽ fieri nata ſunt.ut in corpore album,nigrũ,calidum,& frigidum,in ſubiecto nulla ſubſtãtia eſt,ideo nulle cõtrariũ aliquod eſt ſubſtãtiæ,non itaq; ſi aliqua gigneret̃ ſubſtantia,ex cõtrario gigneret̃ quatenus iſtiuſmodi,adiectũ eſt.quia in ſubſtãtiis cõtraria exiſtere contingit,ut in ſanguine quidẽ calidũ,& humidum,in oſſe forte frigidum,& ſiccum,calidum quidẽ frigido cõtrariũ,& humidũ ſicco.ſanguini autẽ os non eſt cõtrarium.ſubſtãtia nãq; utrũq;,ac cõmunis utriq; materia.qđq; hoꝝ,non,ut ſiccum eſt ſimpľr,neq; ut humidum,ſed ut os eſt,& ſanguis gignit̃.ſi itaq; ſubſtãtiarum quæq;,ut ſubſtãtia eſt,ac talis,& nõ ſecũdum accidens gignit̃.hõ.n.generat̃,& ut ho-

mo eſt,& caro,ut caro eſt. His uero,atq; eiuſmodi per ſe cõtrarium nullũ eſt. nõ itaq; ſubſtantia generabilis,ut generat̃,ex cõtrario eius eſt generatio. qđ ſi forte eſt,in accidẽtibus id cõſpicitur. qđ.n. fit calidum nõ aliquo alio,ſed abſolute,qua calidum,a frigido prorſus diſcrepat. & eadem nõ diſſimilibus cæteris rõ,tamẽ non cunctoꝝ generatio accidẽtium ex cõtrariis conſtat. non.n. ſpectat̃ in uniuerſis accidẽtibus cõtrarietas. Triãgulus.n. uel circulus, ac reliquæ figuræ gignunt̃,ſed earum generatio nõ eſt ex cõtrario,in figuratum.n. figuræ non cõtrariũ,ſed eius priuatio exiſtit,æque,ac inordinatum ordinati priuatio. Item dextrum aliqđ fit non ex cõtrario,quæ.n. ad aliquid cõtrariis contra diſcriminata ſunt,ſed ſimpl̃r ex priuatione.i. ex non dextro. at uero ex inſciente aliquis efficit̃ ſciens,ſed,ſi quidem ex cõtrario mutaret̃ habitu,ſcientis generatio,ex cõtrario eſſet. Si autẽ ex ſimplici ignorãtia,ex priuatione,uerbi gratia ſi aliquis aerem prius grauẽ eſſe exiſtimãs dediſceret,& leuem exiſtimaret,ex cõtrario ſciẽtiæ generatio eſſet,ſi nõ cognoſcens,neq; ſi grauis,neq; ſi leuis,perdiſceret leuẽ eſſe,in formam ex priuatione generatio. quãobrem,neq; accidẽtium generatio ex cõtrario prorſus exiſtit. nõ itaque ex cõtrario fit,quod fit omne. ſi uero nõ ex cõtrario gignit̃,quod gignit̃,omne,ex inordinato uero ſecũdum Platonem in ordinem per generationem eſt adductum eſt. inordinatũ autem priuatio,& non cõtrarium ordinato ſecundũ Procli rõnem,& ordinatum,ut rurſus in inordinatum reuertat̃,nulla erit neceſſitas. quod quidẽ,neq; Plato,qui mũdum uult eſſe corruptionis exptem,opinari uidet̃. quãdoquidem in Phœdone inquit Plato cõtraria adinuicẽ fieri,& in inuicem rurſus reuerti. ut.n. ex frigido fit calidum,ita rurſus ex calido frigidum. pariter & in cunctis cõtrariis,ne claudicaret natura altera cõtrarioꝝ ſola corrũpens. Præterea nõ,ut ex priuatione gignit̃ forma,ita inquit,formã rurſus in priuationẽ reuerti. id.n. nequ iq̃ dicere apparet Plato,cõtra uero omne,qđ in ordinem adductum eſt,ex inordinato generatũ eẽ aſſerens,eius autẽ,quod in ordinem adductum eſt,in ordinatum priuatio eſt. incorruptibilẽ eſſe inquit ordinatum.i. mundum. non itaq; formam regredi in priuationẽ,pr̃ſus aſſerit. editũ igit̃ mũdum eſſe,& corruptionem ipm non conſequi Platonis placitum eſt.

Quod & ſi contingat habitum contramutari in priuationem, at Platoni contraria prҫcipit dicens,qđ ſi quidem factus eſt mundus ex inordinato ſecũdum Platonem ſecũdum Dei uoluntatem rurſus ipſum permutatione in inordinatum regredi id eſt in propriam priuationem deinceps factus eſt. Cap. IIII.

SEd ſi inquit Proclus inordinatum ordinati priuatio eſt,a priuatione in habitum mutatur,lõge potius,& in priuationẽ ex habitu mutabitur. illud.n. magis fieri nequierat,qm̃ priuationes in habitus nõnulle ſunt ímutabiles. ſi itaq; illud,qđ,ut fieret,minus poterat,factũ eſt,longe magis q̄ poterat eſſe,erit. & mutabit̃ ordinatum in inordinatum,& erit id cũ ſecũdum naturam,tum ſecũdum dei uoluntatẽ. agens.n. id,qđ minus fieri poterat,agit quod eſſe poterit magis,magis aget. Platonis itaq; placitum eſſe,quo ad rerum patit̃ natura ordinatum mutari in inordinatum ex uerbis ipſius Platonis pſpicuum cõſtituit. Ligatum nãq; omne ſolubile eſſe uult,& qm̃ quidẽ eſtis geniti inquit,indiſſolubiles quidẽ non eſtis,neq; prorſus ímortales. hoc uero,& dei uoluntatẽ eſſe genitum oĩno & corrumpi. nõ amplius Platoni conſentanea diſſerit. cõtra nãq; Platonicus faber cœleſtia alloquit̃ ea,quæ mundo a natura cõtingunt diſſerens,qm̃ inquit.n. editi eſtis,indiſſolubiles quidẽ nõ eſtis,neq; oĩno ímortales, reliqua , & q̃ ab eius uoluntate ipſis accedunt,adiecit. non.n. inquit diſſoluemini,neq; mortis uim ſentietis me inuito,maius amplius uinculũ,& firmius ſortiti illis,quibus tum,cũ gignebamini, colligati eſtis. Quare & Plato ſolonem ipſoꝝ,quo ad naturæ patit̃ cõſequẽtia generationẽ ſequi faſſus eſt. ſciens autẽ dei uoluntatẽ naturali quouis uinculo ualidiorẽ eſſe,ex hac mundi ímortalitatem colligauit. nõ.n. quia Deus non põt,ideo nõ ſoluere mũdum dixit. qui & p naturã ſolubilis eſt,ſed quia nõ uult,unde eius eſſe aduẽtitium,& ut in ſupioribus oſtẽſum eſt, ímortalitatem aſſerit eſſe rediuiuã. cur igit̃ Platonis interpres,ac ſucceſſor Platoni aduerſat̃. Plato.n. ex inordinato aſſerit ordinatum genitum eẽ,in ordinato nũc,ut dixi,ordinati priuationẽ ſign-

ficãte, nõ contrarium. ideo natura quidẽ eſſe ſolubilẽ ordinatum, nõ quidem Deum amplius uelle ordinatũ in inordinatum cõtramutari. Proclus uero inquit, qđ ſiquidem ex inordinato ordinatũ factum, rurſus ordinatum regredi in inordinatũ cum natura, tũ Dei uoluntate prorſus cõſequent̃. bifariã igit̃ Platoni aduerſat̃, quia inquit ex inordinato nõ factum eſſe ordinatum Platone palã id uociferãtem, & quod ſiquidẽ factus eſt, Dei rurſus, fore, uoluntatẽ, ut ordinatum in inordinatũ cõtramutet̃ illo ad uerbum rurſus nolle id Deũ, aſſerẽte, ut ex ipſo Platonis ſermone demõſtrauimus. quãobrem nos, qui & mũdum editũ eſſe, & itẽ corruptũ iri nõ diffitemur, qm̃ factus eſt. una cum ueritate, & Platonẽ ſuo ſuffragio nobis nõ diſſidẽtem habemus, qđ factus corruptionẽ ꝓrſus ſubiturus eſt, neq;, ut Platoni placet, ĩdiſſolubilis erit, ac ĩmortalis, qui & ſi natura ſit indiſſolubilis aduẽtitia ĩmortalitate ipſi a Dei uoluntate accedẽte, in his ipſo Proclo utimur teſte. id & natura & non inuito Deo eſſe affirmãte, ſed neq; Plato in his a recta lapſus intelligẽtia eſt, nõ quia incorruptibilẽ eſſe mũdum putet, ſed quia ipm̃ eẽ incorruptibilem oportere exiſtimãs, nõ quia naturæ mundi potẽtiam infinitã ipſi incorruptibilitatis eſſe aſſerat cauſam, ſed opificis uoluntatẽ. ſi. n. oĩno aliquod corpus in ꝑpetuum durare debet, nõ aliũde incorruptibilitatem hr̃e cõtingit, niſi potentia opificis, quæ ꝑpetuã, ipſi ꝑmanentiam ꝓbeat, nullumq; corpus eſt quo ad naturæ patit̃ ratio, quod ꝑpetuitatẽ habeat. nõ eẽ autem ordinato in ordinatum cõtrariũ, & hic planum eſt. ſi autẽ aliud nihil dicit Plato ordinatum quã mundum, mundus autẽ ſubſtantia eſt, ſubſtãtiæ autem generatio, ut demonſtratum eſt, non ex contrario. non itaque ordinatum, & inordinatum ut contraria, ſed ut forma, & priuatio opponuntur.

Procli ſucceſſoris Ratio *Nona.*

NOna. omne, qđ corrumpit̃ ſuomet corrumpit̃ uitio. non. n. a ꝓprio bono, uel proprio, neq; uitio, neq; bono, ſed differenti. iſtiuſmodi. n. omne neq; nocere, neq; iuuare ualet. q̃re neq; corrumpere, neq; ſeruare. ſi itaq; corrumperet̃ uniuerſum, ſuomet corrũpet̃ uitio. mũdum aũt ipſe eſſe aſſerit fœlicem Deũ, & æque omnes Deos, & ideo Deoꝝ genus omne labis, uitiiq; minime capax eſt, experſq; mutationis. non itaq; uniuerſum, cui nihil ineſt uitii, corruptionem ſubibit aliquãdo, qm̃, & ipm̃ Deus eſt. Si uero uniuerſum corruptionis expers, quia, eo, quod corrumpere ualet, caret. neq; generabile eſt, ex quo nãq; cuiq; generatio ineſt, id cuiuſq; corruptiuum eſt. ſuperatum. n. generationis cõcauſa, ſuperans corruptionis. quãobrem ſi, quod ipm̃ corrumpere poſſit, nihil eſt, ex quo utiq; generari ualeat, nõ habet, ſed certe nihil eſt quod ipm̃ corrumpat, ſi quidẽ nihil ipſi ineſt uitii. quid. n. ipſum corrũpere poterit ordinatum aliud, ꝑterq̃ inordinatio, & formoſum niſi deformitas. ipſa. n. formoſo & ordinato uitiũ. ſiquidem igit̃ ineſt ipſi aliqđ uitium, idem deformitas ac inordinatio, in quã diſſoluet̃. ſi aũt ipſi nullum ineſt uitiũ. non erit uniuerſi ordinationi ac decori inordinatio aliqua, & deformitas repugnãs. ſi uero deformationem, & inordinationẽ aduerſariã non habebit, neq; ex deformitate aliqua, ac inordinatione factũ eſt. ſi quidẽ iſtiuſmodi nõ repugnat, id uero ſi nihil ipſi ineſt uitii, nihil itaq; ex quo ꝑfecto gigni poſſit, habet, cum ex quo gigni poſſit quippiã non ſit, nihil porro gigneretur, ex aliquo nomine, quod gignitur gigni oportet, fieri ut ex nullo gignatur, non poteſt.

Quod non eſt Philoſophi, neq; Platoni placet, Platonem veritati præponi. Cap. I.

PLatone palam aſſerẽte mũdum ita genitum eſſe, & non ſemꝑ eſſe, ut pluribus ante demõſtrauimus, prauitatis, ac fraudulẽtiæ admodum effectorẽ, & artis praue cauillatoriæ minime expertem puto, eũ qui nitat̃, quæ ita lucide dicta ſunt, ex aliis Platonis nõnullis ſuppõnib⁹ refellere, Platonẽq; mũdum nõ genitum eſſe, ſed ingenitũ exiſtimaſſe perſuadere. ſi. n. falſum nõ erat aliquã apud Platonẽ uerã extare ſuppõnem, alterã eiuſdem enũtiationem refellere ꝓbi uiri erat, & eius qui pluris ueritatem facit, ex ſuppõnibus alteri aſſentiri, quæ nõ ꝑperã ſe habere uidet̃, reliquã aduerſam tãquã minime uerã miſſam facere. non. n. uiri puto Philoſophi,

neq;

neq; Platonis decretis obſequentis (Socrati quidem parum tribuere, ueritati multo magis Socratem diſſerẽtem ipm inducẽte) omne ꝙ uis a Platone dictum, id quaſi ab Apolline dictum uerum eſſe putare, & ideo eoꝝ, quæ dicta ſunt a uiro, aliqua quæ nõ uera eſſe appareant quaſi non dicta ſint, rõcinari niti, quid. n. miri uideri debet, cum fuerit, fuerit hõ, Platonẽ a ueritate nõnunquã aberrare. quod. n. id non raro paſſus eſt etiãnum in ipſa naturalium rerũ ſpeculatione. quid. n. de Deo dicere oportet, demõſtrant quidem & aduerſus ipm, cum alioꝝ quorũdam, tum Ariſtotelis ſexcentę inſtantiæ. non forte malum, & nonnullarum nos in præſentia modo mentionem facere.

Quod in ꝗplurimis ſuis, de rebus natura conſtantibus, decretis a veritate aberrauit Plato. Cap. II

QVi. n. aſtronomiæ diſciplina celebres habent̃, medio maxime errãtium globo ſolẽ infixum herere demõſtrant, & id omnes cõſequenter approbãt. Plato in Timæo a luna ſecũdum ei aſſignat locum, & quin in hoc ipſe errauerit nemo eoꝝ, qui in diſciplinis peritiã habent, nõ negabit. aliter error eſt, quia animas, quæ rõne uigent, ſecũdum Pythagoricoꝝ fabellas, aĩarum ratione carẽtium corporibus ueſtiri autumat, & id cum plurimi alii, tũ & ipſe Proclus aperte in quarto & decimo rõnis, cuius ſæpe meminimus, capite, in quo ꝓ Timæo Ariſtoteli reſpõdet, Platonis eſſe hãc, & non aliã, ꝓferens ſentẽtiam, & ut mihi uidet̃ experiẽti, nõ recte ſoluit inſtãtiam, contra id decretũ, Ariſtotelis. tertius uirtutẽ attractiuã in corporibus eſſe negat, cum tamẽ medici quaſi præ oculis noſtris eſſe demõſtrent. quartus uuluam aĩal eẽ putauit Plato, qđ non eſſe uerum Galenus in iudiciali ſatis demõſtrauit. quintus, & plãtas ſenſus expertes nõ eſſe, qđ Ariſtoteles negat, neq; Platonis cultores demõſtrare ualent. & ni a propoſito extra euagaremur, dictorum ſingulum cum Procli aſſertionibus exponens ne dictu moleſtum ſit, non uerum eſſe demonſtraſſem.

Quod & in ſuis decretis non raro a veritate lapſus eſt, in quibus demonſtratio quodq; corrumpere aliquos quos peperere, ac cõmunes eſſe mulieres lege ſancit. Cap. III.

ET in deliberationibus quæ ad mores ſpectant ꝙ plurima ẽt alia uiri ꝑfecto aliquis recenſere poſſet, ſed qm̃ de hoc nũc, ut diſſeramus, ꝓpoſitum non eſt, ſed ut demõſtremus, non raro ab eo ꝙ cõſentaneum eſt, aberraſſe unius ferme, aut ad ſummum duoꝝ mẽtionem faciemus. qũo. n. non aliquis eoꝝ etiã qui parũ ualent ingenio inſtitutiones in rep. de nuptiis, eius, & pueroꝝ educatione cõſtomacho non reꝑhenderetur, ciuitatis. n. mares, ac fœminas cuſtodes dum ætate uigent ꝓcreare ualentes bonos qdem bonis, cõtrarios uero cõtrariis miſceri iubet. ſed bonoꝝ quidem ꝓlem alere cenſet. prauoꝝ uero & ſi quis bonoꝝ mãcus mutiluſue genitus eſſet, in abolito celare, cum uero tp̃s ꝓcreationis cuſtodes trãſilierint, reliquũ libere tp̃s miſceri concedit, & uiros cui uoluerint fœmine & item fœminas. pauca quædã cauens & ſenectutis tp̃s in quo tẽperatiorem agere uitã magis oportebat ad intẽperantiã quaſi ſuæ ciuitatis cuſtodes ꝓuocet, & ꝙ moleſtius eſt, ſi his fœtus ut gigneret̃ contingeret, maximo ſtudio operam dare iubet ne in lucẽ exeat, ſed in uulua uidelicet impfectum quibuſdã medicamentis uel eiuſmodi neceſſitatibus corrũpat. Quippe aliter eſſe non põt, cum non pmittat noſtra ut cura fœtus in lucem ꝓdeat. ſi uero aliqua quæ uim inferre nixa eſt, pepit exponere. ac minime alere iubet aliud ſuis ciuibus nihil, ꝙ cariſſimoꝝ cædes agere exhortans & ne uirum calũniari uideamur, ut ipſe in quinto de rep. ea quæ recẽſuimus inſtituat, audi. ita. n. ad uerbũ diſſerit. Socrates. in nuptiis igit̃ & in filioꝝ ꝓcreatione non mediocriter rectum id fieri uidet̃. Glauco. quo pacto. Socrates. oportet ꝑfecto & conceſſimus optimos optimis ut plurimũ cõgredi. contra autẽ deterrimos, & illoꝝ ꝓlem alere. hoꝝ nequaꝙ ſi armẽtum excellentiſſimũ ſic futuꝝ, & hæc omnia, dum agunt̃ latere cæteros, nõ principes debent, ſi modo cuſtodũ armẽtũ ſine ſeditione futurũ ſit. liqdem optimoꝝ filios alere oportet, peſſimoꝝ minime. planũ ipſos ut intereant, exponere uelle. qui. n. non alunt̃, eos interire neceſſe eſt & poſt pauca in eodẽ de rep. quinto inqt. Socrates. optimoꝝ quidẽ ꝓlem cenſeo accipiẽdam & ad ouile aſportãdã ad nu-

trices quæ ſeparatim i aliqua ciuitatis parte moratᷣ,peſſimoꝝ filios & eos,qui ex aliis ſi mutili & manchi aliquo mēbro in occulto,& ut decet,a'bdent loco,ſiquidē cuſtodum genus puram purū futurum ſit.quid igitᷣ uult maloꝝ proclem in occulto,& abdito abſcōdi,& qui ex bonis editi ſunt,ſi fuerint membro aliquo māchi ut pereāt,occultandi.qui.n,non aluntur,& ſunt in ætate,ꝑpetuo in abdito eſſe nō ualent,ꝙ eos corrumpi uult,aptius,paulo ꝓgreſſus ſuā explicauit ſentētiam.inqt.n.ita.Socrates.cum iā,puto,mulieres,& uiri ætatem generationi accōmodatā,trāſilierint,ꝑmittemus eos libere cui uoluerint ꝓterq̄ filiæ & matri & filiarū natis & matris maioribus miſceri.& item mulieres oībus ꝓterq̄ filio ac patri,& hoꝝ filiis atq; maioribus eorūdem.cū hæc oīa iuſſerimus,uetabimus,ne in lucem ullus efferatᷣ fœtus,ſi cōtingerit.ſiqd coegerit,ita ponere ut eiuſmodi nulla ſit nutritio ac quo pacto fieri pōt,ꝙ quidē dixi aīaduertendum ne fœtus in lucem efferantᷣ,uel quibuſdā ueneficiis,ac eiuſmodi in poſturis in uulua corrumpentes uiolētia cohibentium ſuꝑata ſi exierint,ita ponere ac nō alere,quid aliudᷣ eſt,q̄ eſſe filioꝝ occiſores adhortari.quanto piū magis erat ꝓrſus ꝓhibere eos,qui ita erant affecti a mulieris initu,q̄ꝫ uoluptati inſeruiētem Dei opus corrumpē.quot & ex prauis optimos frequenter uidemus editos,& deteriores ex optimis,ac ex ſenibus fortes & bonis ꝓditos moribꝰ ut admodum ex hac optima rep.hoīum uita delitiis fruatur cunctis beſtiis adornata moribus agreſtioribus.ꝙ nam aīal tā īmite & agreſte,aut tam prauū atq; uiribus defectum,quin ꝓ ſua prole mori,ab ipſa natura quæ doceri non pōt,erudiatᷣ.itaq; audi quo pacto Homerus naturam,cuiuſq; ſuæ prolis amorem docens,laudibus efferat.

Multiplici,uarioque ſuo medioque colore
Veſpæ & apes utque aſpra tenent ſpylæa,uecellas,
Nec uacuas linquunt ydes propriam ut tueantur
Hæ prolem,aduerſos ulciſcunturque repente et item
Sic auis ut pullis defert in plumibus æſcam
Poſtquam aluit grandæis ſubito mala pertulit ipſis

Nōne animalia adeo parua naturæ uel Dei potius obſequētia ordini ꝓ ſua & ꝓpria occūbere prole magnoꝑe appetunt ferinū natura inſitū indicantia morē ut ſeipſa ꝓ ſua ꝓle nihili pēdant,atq; cōtemnāt,an ne heroum erga ſocios ſuos declarans charitatem & amorem his maxime aſſimilauit Homerus.

Vtque leo in medio prolis ſtetit,actus in iram eſt,
In ſyluam catulos ducens uel robore frendens
Obuius ut ceſſit uenator,lumina claudit,
Atque ſupercilium totum trahit,haud ſecus Aias
Iuxta Patrocli corpus ſe oſtendit honori.

Quomodo igitᷣ lex,ꝓrſus abhorrens nō eſt,quæ eiuſmodi naturæ nr̄æ māſuetudinē ex lenitate ſua ad feritatē magis traducens,quæ tātā,in calamitatibus eoꝝ,qui nobis inuitis eduntᷣ,ꝓſeſert crudelitatem ꝓſertim ex bonis,qualē nō uincit impietatē.Hæc quidē nulli dubiū abhorrenda eſſe.cōes etiā fœminas uelle eſſe ex eius,quos iā citauimus,ſolis locis cumulate probare poſſumus.ſiqdem in pariendi uigore bonos bonis,cōtrariis cōtrarios copulat,eos,qui generādi tp̄s egreſſi ſunt,libere reliquum tp̄s,& ut uoluerint facultatē,niſi cū his,quos excerpſit,coeundi cōcedit,planū eos,qui prius prauis ſi cōtingerit iuſſu legis ſe miſcuerint,poſtea facul ta a lege conceſſa ſimilr̄ cum bonis coire,a quibus prius ui legis arcebantᷣ,non unā amāt ſcd̄m Euripidē in nuptiis incōmunicabilē uiri beneuolētiam in iuuēta nāq; ætate,neq; bonis,ut ad miſcerentᷣ cū prauis fœminis licebat,neq; uitioſis fœminis hoībus ꝓbis.in ſenectute uero nō id uetabatᷣ ei.ergo quæ aūt prius cū bono,poſtea cum prauo,ut par erat ſe miſcens,aut cōtra cōiter uidelicet his,qui coire uoluerint ꝓpoſitū erat,ac prius quidem bonis ſolis aut ſolis prauis,poſterius uero nihilominus bonis ſimul & prauis. Præterea nihil de uiris & fœminis uiduis in rep.inſtitutū eſt.ꝑſpicuum in rep.eius ꝓpter coitus cōmunionē uitam uiduā agere nō licere,& ꝓoccupauit iam clara uoce in eodē de rep.quinto hāc legem ſtatuens qppe cōmunes

uiroꝝ

uiroꝝ & mulierum ciuiles uirtutes lege ſanciens iu qua nudas in palæſtra cum uiris nō modo iuuenes, ſed & eas, quæ ſenectã uitam agebat̃, fœminas exerceri inſtituit, necnō equæ ut uiros impare, ac in uenationibus, & in bello inire ſimilr̃ pugnam, qm̃ ꝙ ꝑter oium exiſtimationem decreta inſtituebat. ꝙ lege fieri poſſet, ac conducere rõne cõfirmauit. debebat ſtatim & legem qua cõmunes eſſe mulieres ſtatuit ſtabilire, & hanc cernebat priori uideri eſſe magis inopinabilem, quæ & uix ſuſciperet̃, audi qualia ante legem principia auſpicat̃. ita. n. diſſerit Socrates. So. hunc quidem euaſimus tãquã ꝓfundum pelagus de mulierum lege diſſerentes, ut nõ oẽs imergamur ſtatuentes, ut oportet cõmuniter omnia curare cuſtodes apud nos tã uiros q̃ mulieres. at orõ admodum ſibi quadrat, ꝙ quæ diſſerit, cum eſſe poſſunt, cum cõferunt Glauco et maxime nõ paruam tẽpeſtatem uocaſti. So. haud magnã eſſe aſſerens cum ꝙ ſequit̃, poſtea cognoueris. Glauco. obit quidẽ ut cognoſcam inquit id. So. hãc quidem & cæteras priores, hæc ut ego puto, ſequit̃ lex. Glau. quænã. So. mulieres has uiroꝝ omnium omnes eſſe cõmunes, priuatim uero cum alio nulla habitare. & item cõmunes filios, neq; parẽtem ſuam ꝓlẽ noſſe, neq; filium ſuum parẽtem. Glau. longe inquit minus illo id credẽdum, & ut fieri poſſit, ac utilis ſic uideas, ut ſecũde legi aſſerat minus q̃ primæ fides ꝑſtanda ſi fieri poſſit, & utilis ſit. id non erat ꝑter eſtimationem oium a credulitate remotum, ſi unã ſingulo coire uolebat, & non quæ apud omnes hoĩes recta eſſe uideant̃, cõmunes in uſum oibus fœminas ꝓponebat, rationis autem ꝑſpicuitatem aĩaduertere. fœminas inquit has uiroꝝ horum oium omnes eſſe cõmunes, priuatim uero alicui nulla nuptui dare, & in his, quæ poſtea ſequunt̃, pluribus, cõprobat. ut non nomine modo, ſed & opere hãc amplecti cõmunionem oportet. Poſt. n. id decretum, inquit & uerbũ. una ſequi cũ uoluptates, tum triſtitiã cõmunes aſſerimus, & legis communis utilitatem cum fœminis mixtionis in eodem de republica. Quinto expoſuit. nihil. n. cuiuſquã ꝓprium eſſe in ſua ciuitate inquit uelle, id. n. eſſe cõuellẽs ciuitates. quẽquã dicere hoc meum, & hoc tuũ, & in ſuã domum alterã eſſe fœminã & filios ſuos gignere. uno itaq; decreto inquit cõmuni oportere triſtitia & uoluptatibus frui oẽs cõmunibus. ita. n. uidelicet & filii cõmunes utiq; noĩari poſſunt, non ita, ut facultates cõmunes, & fœminæ, id. n. eſſe nõ poteſt. ſed ignorãte quoq; ꝓpter ꝓmiſcuam fœminaꝝ mixtionẽ, qui ſint ſui filii, cõmunes filios aſpiciẽt omnes, & ꝓprias in ipſis uoluptates & triſtitiã ſiras habebũt. decipula ſortium callidam. ſ. inſtituit non de hoc, qđ unam ac eãdem ſingulo ſemꝑ ſorte euenire iudicarit. qđ quidem aliqui legis uitium ueriti finxere, ſed apte ultra hos quidem bonos bonas, interdum aliã idẽ, prauos uero prauas ignorãtes ſortiri. qđ & ipſa Platonis orõne, quã iam ꝑcurrẽtes poſuimus, uidere licet, id fortunæ opus, nõ principium ꝓuidẽtia ciues exiſtimã es contra ipſos ſeditionem cõcitant, ut par eſt, bonas praui occupare appetentes. ſi uero eãdem ꝑpetuo cum eodẽ coire uolebat, ſemel quoq; unã ſortiẽtem, & hoc palam facto, quemadmodũ, & nunc ſors tũ ſuperflua reliqua uiſa fuiſſet. ſed nequaq̃ unam uni impetui traditã apparet. & ſecus. abhorrens utiq;, & quæ adimpleri non poſſit eiuſmodi calliditas uidet̃, ac in contrariũ legis uoluntatem circũferens. ſi cuiq; unã, ac eãdem, ut aliqui aſſerunt, uni copulari uolebat. latere uero id ciues ſtudebat, eo quia nihil ꝓprium poſſidere uideret̃. ſortium calliditatẽ eandẽ ſemꝑ eidem ſorte cõtingere diligenter curabãt. id quippe fieri nequibat, cũ eadem ꝑpetuo eodem coiret. non. n. cõniuentes ipſos coire inſtituere. quare tẽpore ꝓrſus deꝑhẽdebat̃ ſimul, & ridicula in ſortibꝰ principum calũnia fiebat. & hoc quidem cognito in caſſum ꝓrſus legis extiterat utilitas, in cõtrarium potius uertebat̃. nunc. n unã quã uult, ac fieri non poterat, quoq; appetente & hanc, ut habere poſſit admodum cupiẽte ſponte, & nõ ui laborãnum ſine ſeditione ſint. cuius grã ciuitates condunt̃. ſi uero putaret hoc quidem aliquis tãquã ꝓmiſcuum eſſe mulierũ cõuerſationem, tẽpore quiſq; ut ꝑter id, quod uidet̃, ac apparet eſſe ꝑ legem ſancitum, ui principũ ac dolo, non electione ut decẽs eſt, congredit̃, quo pacto nõ oia ſeditione repleat, & ciuitatẽ & principes ſeditione laboraturos neceſſe eſſe. ſiquidẽ nõ penitus ſine affectione ſuos ciues eſſe Plato ſupponit iucundæ electionis meliores. ſi. n. eiuſmodi ipſos eſſe putauit nihil ipſi hoꝝ fallacia ſortuũ erat opus, ac deceptione quibus ipſos inſcios eſſe uolebat ut principum iudicio nu-

ptiæ fierēt ut fortunæ munus talem ſibi ſorte obtigiſſe putātes cōtra principes ſeditionē nō cō citarent, de quibus.n. ſeditionem mo ıere debebāt, q̄ ſemel ob cōmunem utilitatem uoluptatē contēpſere. igiť affectione mouenť, & uoluptatibus adherentes rurſus laterēt tē pore, fieri nō poterat, tāquā nō a fortuna, ſed principū decreto. nō electione, ut par eſt, cū eadē quiſq; coeat, quo pacto cōſentaneum rōni non eſt ſeditionē aduerſus principes cōcitaturos, eos, qui facultate, qua uoluptatibus ſoluebanť, & hanc lege cōcedente, ſe priuatos eſſe uidebāt, qđ' qdē ſi eādem ſemp eidem ſortibus cōtingere dixit, hoc autem ut lateret fieri nequibat, quodq; utilitas, quæ e lege manabat, in cōtrarium ducebať, mediocriter demōſtratum eſt. abhorret uero a rōne & ſi quis eidem cōgreſſus, ipm fugiet ut aliquis & id per ſortes Platonem excogitaſſe concederet. Decretum.n. in eius aīa uitioſiſſimum inherebit nullā nāq; in adulterio ineſſe turpitudinem exiſtimabit. & fœminaꝝ cōplexum infinitū. ſi.n. interdum alie cōgredi putat, & hāc optime reipublice exiſtimauerit legem eſſe quid aliud, quā qđ' diſſeruimus, ciuium queq̄ ſuſpicari neceſſe eſt. ſed nulli eſſe dubiū puto, quin oīs habeať actio turpis nō ipm nudum uſum dico, ſed ꝑpter modum, qui cōtra legem cōmittiť, & rōnis ad id cōſenſum crimini datum eſt. nō enim ſimplr̄ cum fœmina coire, ſed ſi nō ex lege, uituperabile. uſum uero, qui ex lege, ac cōtra legem rōne quidem diiudicamus. qui itaq; ratione ſibi pſuaſerit qđ' non eidem ſemp, ſed interdum alie congrediť. iſte adulterii actionem cōtra legem fecerit, quāuis cum ſua cōgreſſus ſit. ut.n. ex contrario, ſi quiſpiā noctu aliene implicari uxori uoluerit, ac putarit cum ꝑpria ignorās cōmiſceť, is uetus adulter eſt, ſi nō uſu ſed rationis cōſenſu iuſte iudicať, ideo non abſolute coitio, ſed modus, & in rationis mō conſenſus adulteriū efficit. unde ratione huiuſcemodi diſcernēte carentia aīalia rationis expertia, & peccato, qđ' in hoc p coitum cōmittiť, abſoluta, ac libera ſunt. id quidē cōſequens, & quod ſemp congrediens, ignorās id tamē, & aliæ interdum ſe miſceri putās, & id tāquā eſſet a lege pſuaſum habet. is adulterium quaſi bonū eſſet, apud ſe ipm confirmauit, ac ꝑpetrauit. quicūq; igiť eiuſmodi fictionibus Platonem interꝑtari nituntur pſpicuum eſt pudores ſuffuſos, hæc ita fateri ipm inſtituere. rem in cōmune cum oibus hominibus turpem eſſe putātes, a crimine uero ipſum uendicare nequeūtes ipſi uitioſe legis ſuffragium contra ipſum ferunt. hæc quidem tanta ſint, ſexcenta autē ſunt, & alia, in quibus Platonem a ueritate demōſtrare poſſumus aberraſſe. ſed ut ampliori ne utamur digreſſione, hæc, quæ diſſeruimus, non omnia, quæ diſſeruit Plato, cum aſſequutū eſſe, fidem uel abunde præſtare ualent.

Quod non thelogorum, ſed poeticarum fabellarum conſuetudinē ſequens Deū eſſe mundū *Plato dixit, in quo quia atheniēſium populū verebatur, nō quæ ipſe probabat, diſſeruit.* Cap. IIII.

Quod igiť mirādum, ſi & in his, quæ nunc a nobis in diſceptationem ꝑpoſita ſunt, duæ ſecum pugnent ſuppōnes, ut aliquis & ipſas pugnare concedat, quarum altera eſt, quæ Deum eſſe uniuerſum, ac ipm genitum eſſe, & nō ab æterno eſſe ſupponit, altera qdem conſequenter hr̄e reliqua uero nō amplius. ſed Proclus ueritatis ſe eſſe ꝑceptorem cēſens, Deum eē mūdum, ut uerum amplectens, hinc ipm non genitum eſſe colligere nititur, at qui & quia & a Deo mūdus eſſe diciť, concludere aliquid poſſet ipm non generabilem eſſe, nō ꝑterea & illud demonſtrare pōt, ipſum non genitum eſſe, ac nō ſemp eſſe Platonem ſuppoſuiſſe. quādo & id Græcoꝝ erroris ꝑprium, Deoꝝ generationes ſupponi. & Plato quidem frequentius rectas de Deo notiones ſequi uideť, poetarū autem de Deo & uulgi maledicā abiiciēs exiſtimationem, item nōnunquā quaſi conſuetudinem, ac traditiones paternas, forte uero & Atheniēſium populum ueritatis, ne ſentētiam, qua Socratem capite mulctārūt, contra ſe ferrent, ad fabulas delabiť. ac eadem cum aliis impietate comparať, & id in nō paucis locis aliquis ratione ꝑquirēs inueniret, manifeſtiſſime tamē Plato ipſe in epiſtola, quā ad pdicam ſcripſit, pſpicuum fecit. inquit.n. ad uerbum hæc. ſi uero aliquis audiens hæc dixerit, Plato quidem, ut uideť, quæ populari adminiſtrationi conferūt, ſcire ſimulat, licebat uero populo dicere, ac ipſi optima cōſulere, nūquā ſurgens uerba fecit, ad hæc reſpondeat Platonē tarde in patria fuiſſe, ac populum inueniſſe

Deſideratur ſecūda ſuppoſitio.

inueniſſe iã ſecundo,& ab his qui ante fuerunt cõplura,ac iniqua aduerſantia ſue ſniæ aſſuetũ
agere. in oibus utiqꝫ iucũdiſſima quẽadmodũ patri ipſi cõſuluiſſet in periclitari fruſtra exiſti
maſſet,nihil autẽ amplius facturum.His itaqꝫ de cauſis Plato aptiſſime teſtatũ relinquit plu-
rima,quæ decebãt,timore,ſilentio ꝑteriſſe.ſi autẽ de reipublicæ adminiſtratione aliquid,eoꝝ,
quæ Athenieñſibus prius recepta fuerint,mouere ueritus eſt,putãs praue ſe hr̃e,quæ ipſoꝝ rẽ-
publicam conſtituũt,quo pacto non longe magis,ſi quæ ad Deos noiatos ſpectãt aſpernare-
tur,extremum ſibi iminere periculum arbitratus eſt?id nãqꝫ ipm & Socrati mortis cauſa fuit,
at & quidem,ut non paucis iam noſtris recepta prætermitto,in tantum ipſorum recordatus,
ut demonſtrarem,& hic Platonem fabularum errore irretitum,mũdum Deum eſſe ex carmi
nibus Orphei aſſeruiſſe.& hæc quidem ſatis,ad propoſite autem argumẽtationis conſidera-
tionem noſtra iam conuertatur oratio.

Quod ex quibus ſuppoſitionibus quas ipſi dant, a nobis demonſtratur fieri non poſſe vt mundus ſit Deus in quo quod non eſt imutabile, ꝗ ſecundum partes mutatur. Cap. V.

OMne ꝗ corrumpit̃,ſuomet inquit uitio corrumpit̃.Deoꝝ autem genus omne ab omni
prorſus imune uitio ac mutationis minime capax eſt.non itaqꝫ inquit aliquãdo corrum
pet uniuerſum cui nullũ uitium ineſt,quapꝑ & ipſum Deus eſt,ſi Deoꝝ genus omne uitii ne
quaꝗ̃ capax eſt,& mutationis expers eſt.itaqꝫ fieri non põt,ut ſit imutabile,id non poterit ꝑfe
cto Deus eſſe,qm̃ omne ſenſum mouens,& generationis,& abolitionis minime expers eẽ aſſe
rit Plato,uere quidem nunꝗ̃ exiſtens,ac ꝓinde tum cœlũ tum mũdum ſenſum mouere ꝑtu-
lit.ſolis.n.his,quæ diuiniſſima ſunt,qđ uniuſmodi & ſui non ſint diſſimilia,accõmodatũ eẽ,
corpoꝝ autem naturam non eiuſdem eſſe ordinis,ſed in mutatione penitus eẽ oſtendi,ac ipſe
Proclus,ut in his,quæ ante cognouimus,in hãc Platonis ſeniẽtiam pedibus iuit,finitã eẽ mũ-
di uirtutem aſſerens.quãobrem nullum corpus potẽtiæ particeps infinitæ exiſtit. Finitã autẽ
uirtutem corruptionem ſubiturã eſſe.& id ab eius natura mũdo ineſſe.iis ita aperte conceſſis.
utrum rõni conſonum magis erat,eo qđ mundus Deus eſſe dr̃,ipſum minime eſſe imutabilẽ,
ac ob id,neqꝫ genitum eſſe,ratione colligere.ac ſibiipſi,necnon Platoni,ac ueritati pugnantia
dicere?an,quia mutabilis eſt,& ob id natura corruptibilis non infinitæ participẽ eſſe uirtutis.
& Deum ipm eſſe,tãquã falſum repelli?ſi quidẽ Deoꝝ genus omne,ut inquit, mutationis eſt
minime capax.ſed exiſtimo ois utiqꝫ quæ ſecũdum neceſſarium eſſe fateret̃,mundum aio nõ
eſſe Deum,primũ autem falſum dico ipm mutationis eſſe capacem non poſſe negarẽ.ſi.n.uni
uerſum Deus eſt,quid eoꝝ,quæ reliqua ſunt,eſt,qđ Deus non ſit.in uniuerſo.n.partes com-
prehẽdunt̃,totum.n.ac uniuerſum aliud nihil eſt,quã cunctarũ adinuicẽ habitudo,ac in idẽ
concurſus partium.hinc itaqꝫ in tãtum Dei gl̃iam hoies contumelia affecere,ut uſqꝫ ad beſtio
las,& in aia ipſa , & ꝗ̃ in hoibus turpiſſima uitia diuinũ,& pietatẽ,& nomen traheret , ſi itaqꝫ
mundus cũ ſit corpus,in mutatione,ac alteratione ſpectat̃,ac fieri nõ poteſt,ut expers ſit ipſe
mutationis.Deoꝝ autem genus mutationis nequaꝗ̃ capax,mundus itaqꝫ,ut ſit Deus,fieri ne-
quit.Sed forte quiſpiã ad hæc dixerit.& ſi mundi partes mutant̃,totum tamẽ,ut totum mu-
tationem non ſubire.ſemp.n.eodem pacto totum ſe habet,in uniuerſi autem partibus muta-
tio,ac alteratio conſpicit̃.ſed ita eoꝝ quæ ſunt,uſqꝫ eo,dũ ſunt,mutabilia erunt.ſed ſemel cun
cta imutabilia,nullum nãqꝫ aial,quouſqꝫ utiqꝫ aial ſit,ſecundum totum ipm mutatur,ſed & ſi
augeat̃,uel minuatur,aut calefiat,aut ex loco locum mutet,ut aial ſit,minime deſiit. ſi enim
ſecundum totum ipm,& ut aial eſt,mutat̃,& penitus eſſe deſiit,mutationum.n.generatio , &
corruptio totius rei efficit mutationem.generatio nãqꝫ ex eo,qđ non eſt,in id,qđ eſt,progreſ-
ſio eſt.corruptio autẽ in id,qđ minime eſt,ex eo,quod eſt,reliquæ aũt mutationes ſecundum
aliquid eoꝝ,quæ rei contingunt,fiunt.accidit autẽ,ut & res tota ſalua ſit,aliquas totius parti-
culas corrũpi,ac fieri,uelut cum parte carnis aliqua corrupta,alia eius loco naſcat̃ , aut cõciſo
ramo alii iterꝫ pullulent.ita igit̃,& mundus uſqꝫ utiqꝫ eo,dum eſt,ſecũdum totum ipm eſt im
mutabilis.nãqꝫ,ſi ſecũdum totum ipm mutet̃ & corrumpi ipm neceſſe eſt.non igitur demon-

ſtrat uniuerſum eſſe imutabile, eo qđ non ſecundum totum ipm nunc mutet, ſed ſi nulla eius pars mutat, quod minime ueꝝ exiſtit. cõtrarium igit nulla mundi pars imutabilis ꝓrſus exiſtit. cuncta nãq; alia per oẽm mutationis ſpẽm mutant. cœlum tamen mutationẽ, quæ per locum eſt, ſuſtinet. nullaq; cæli pars eſt, quæ mutationem, quæ eſt ſecundum locum, ſortita non ſit. quãobrem non erit uniuerſum imutabile, & ſi quæ ſecũdum alias mutationũ ſpẽs mutantur, & corruptionis, & generationis oia receptiua, ac omne igit qđ mutabile exiſtit, tum generabile, tum corruptibile neceſſario erit. etenim rõni minime cõſonũ elemẽtis, ex qbus eẽ poſſidet, generationem, & corruptionem ſubeuntibus, & quod ex his cõſtat, generationem, ac corruptionem non ſubire. ut in his, quæ antea tractauimus, accuratius demonſtrauimus, ſed iterum propoſitam conſideremus argumentationem.

Quod & mundus mutationis quæ eſt contra naturam ſuſceptiuus quę his quæ corrumpuntur, cur corrumpantur, cauſa exiſtit. Cap. VI.

QVoniam omne, qđ corrumpit a ſuo corrumpi uitio Proclus aſſerit, qđ uero cuiuſq; ſit uitium, nequaq̃ dixit, qđ quid eſt ipm, cõſideratu dignum eſt, ex quo cuiq; ex his, quæ ipſo participant, ut corrumpat, contingit. Ego quidem nihil aliud cuiuſq; eſſe uitiũ exiſtimo, quã diſſeſſum cuiuſq; in id, qđ contra naturã eſt, ut & in ratione, quæ hãc anteceſſit, mẽtionẽ fecimus. ipſe autẽ a nulla uidelicet naturali fit uirtute. nihil nãq; coꝝ, quæ ſunt, ipm ſuiipſius corruptiuum eſt, quin potius cuiuſq; natura, eſt cuiuſq; conſeruatrix. itaq; ſi quidem potentiæ impotentia opponit, ei autem qđ eſt, id quod non eſt, ſingulo autem, ut ſit, naturalis potentia cauſa exiſtit. & nõ eſſe igit cauſa utiq; impotẽtia eſt, quia naturalis uis debilis eſt, nec ſubiectũ in perpetuum cõtinere ualet, ideo corrumpi cõtingit res. uirtutem autem infinitã nõ deficere, ſed finitã neceſſarium eſt. queãdmodum certe & aurige uirtus, ſiue corporeã, aliquis ſiue artificialem dicere uoluerit, cauſa ſalutis currus exiſtit, interitus autem eius infirmitas. itaq; ſi mũdus, cum ſit corpus, finite eſt uirtutis, tẽpore autẽ finitã reddi imbecillem neceſſe eſt, facta autem imbecilli in id, qđ eſt cõtra naturã, res ꝓlabi, quod uero contra naturã eſt, cuiuſq; uitiũ, & corruptionis cauſa eſt, & mundus igit, qua, uirtute eſt imbecilli, uitiũ continebit, qđ in id, qđ eſt contra naturã uia exiſtit. aut igit demonſtrent mũdum finite non eſſe uirtutis, aut finitam uirtutem corruptionis expertẽ, aut, ſi hæc uera ſunt, & mũdum quatenus eſt ꝓprie finite uirtutis, uitiiq; qđ contra naturã eſt, ſuſceptiuum neceſſe eſt eſſe, & hac de cauſa corruptioni ſubiici, ac ꝓpter hoc nequaq̃ ingenerabilẽ eſſe. nolle nãq; Deũ ipm corrũpi, neq; rõne demſtrare ualet. Argumẽtationibus cõtra hãc, in rõne ſexta cõſutatis, & ſi id erat ueꝝ, nõ iuxta hoc, natura incorruptibile ipſum eſſe inducebat, ſecundum naturam autem incorruptibilis non exiſtens, ſed corruptibilis neceſſario & generabilis eſt.

Quoniã ſi quidẽ demonſtratum eſt eſſe aliquam corruptionis mundi cauſam neceſſe quidem ſecũdum ſuppoſitiones Procli aliquod ex quo & genitus eſt. Cap. VII.

SEd quidem & quæ deinceps ex ratione inſpiciamus, ſi uero non corruptibile inquit uniuerſum, qm̃ nihil, qđ corrumpat, habet, neq; generabile eſt. ex quo nãq; cuiq; generatio ineſt, id cuiq; corruptiuum eſt. ſuperatum nãq; generationis cauſa & ſuperãs corruptionis. quare ſi nihil, qđ ipm corrumpat, eſt, nihil habet. ex quo utiq; generet, & quæ ſequunt, demõſtrauit Proclus, queãdmodum putauit, ex eo, quod mũdus ſit Deus, ipm nihil uitii hr̃e, ac ꝓpter hoc nihil, quod corrumpere ualeat, obtinere, ex hoc iteꝝ, quod neq; genitus ſit demonſtrare nititur. eadẽ nãq; inquit & generationis, & corruptionis cauſa, ſed ſuperata q̃dem generatiõis cauſa, ſuperans autẽ corruptionis. Si quidem igit uniuerſum inquit ordinatum, ac ornatũ corrũperet a nullo utiq; niſi ab inordinatione, & in cõcinitate corrumperet, ordinato. n. ac ornatui inordinatio & in cõcinitas ipſa uitium eſt. ſi igit nihil ineſt inquit mundo uitiũ, non utiq; inordinationem, ac incõcinitatem repugnãtem hr̃et. qua ſuperãte corrumpi, uicta aũt gigni uniuerſum contingit. ſed q̃dem ſatis demõſtrauimus & mundũ eius, quod eſt contra naturã, eſſe

ſuſceptiuum, quia eſt ꝓpria finitũ uirtute, ei autem, qđ ordinatum eſt, inordinatio, & cõcinitati inconcinitas contra naturã ineſt. habebit itaq; & mũdus ſui cauſas corruptiuas, ſed quæ corruptionis cauſa eſt, hãc inquit Proclus generationis eſſe cauſam. ideo & ex quo utiq; mundus gigni poſſit, erit. mihi qdem nequaquã uerũ eſſe uidet, corruptionis concauſam, hãc penitus concauſam & generationis eſſe, ſed ut ne trãſcendentes ꝓlixiores ſimus, hoc qdem nobis prætermittatur. ſi nãq; & pronnntiatum uniuerſale uerum erat, cum demonſtratum ſit, & mũdo in eſſe quod eſt contra naturam, & corruptionis cauſam, uidelicet ſecũdum Procli ſuppoſitionem, & generationis eius concauſa in eſſe.

Ambiguitas qđ nihil ex eo, q, penitus non eſt, gigni contingit, ac propter hoc neceſſe eſſe & mundum eſſe ingenerabilem. Cap. VIII.

QVoniam rõnem, quæ apud Græcos diuulgata eſt, Proclus deinceps cõmouit. cum. n. inquit, non ſit, ex quo utiq; aliquo gigni poſſit, non utiq; gigneret. omne nãq;, quod fit ex aliquo fieri neceſſe eſt, ut ex nihilo quippiã gignat, inquit, fieri nequit. age prius ratione contendamus, ut ne in dicta cauſa contra ipm decernamus, ita ꝓ uiribus ueritati fauebimus. qđ igit uniuerſum, quod fit, ex aliquo, qđ conſtet, gignat, aliquis utiq;, qui ea, quæ ꝑ generationem in lucem educunt, inſpexerit, ꝑſuadere poterit. hõ nãq; ex menſtruo ſanguine, ac fœminæ edit, & ficus itẽ ex grano deorſum in terra iacto, ac aqua irrigãte, necnon ex aere in craſſitiem redacto, aqua, eadẽ rareſcente gignit ignis. & in cæteris aliis, tum naturalibus, tum artificialibus eodẽ mõ. Quare inquiũt, ſi nihil erat, ex quo mũdus genitus eſt, ante mundi generationẽ, ipſe ut genitus eẽt, fieri penitus nequibat. ſi aũt erat, aut igenerabile penitus erat, aut generabile, ſed ſiqdẽ ingenerabile, cur non itidẽ de mundo ingenerabile ſupponemus. ſiqdẽ oĩno eorũ, quæ mundi ſunt, eſſe ingenerabile quippiã contingit. aio qdem id ex quo genitus eſt. ſi uero & illud generabile eſt, ac rurſus ex alio illud generabit, hæc ꝓfectio in infinitũ erit, ex quo, ſi qdem hæc fieri nequeunt, mũdũ generationi eſſe ſubiectũ fieri non poſſe inferũt. quãobrem ingenerabilis erit. quibus itaq; rõnibus conſentire aliquis poterit. omne, qđ gignitur, ex aliquo, quo exiſtat, gigni ac nihil, ex eo, quod penitus non eſt, gigni. & propter hoc mundũ nequaquam generabilem eſſe. hæ ſunt rationes, quæ autem aliquis obuians ad ea, quæ dicta ſunt, diſſerere poſſet, hæc ſunt.

Quod non neceſſe quemadmodum particularium ſingulum a natura efficitur materiam ex rebus quę ſunt accipiente, ita Deum ſiquidem mundum, qui prius non erat, effecit, ex ſubiecto aliquo ipſum effeciſſe contra vniuerſum ex eo q, non eſt vna cum eius forma & ſubiectum a deo produci neceſſarium. Cap. IX.

PRimum quidẽ ſi ſingularium cuiuſq; Socratis, aio, & Platonis, & huius equi, ac huius aq̃, & oĩum quæ hoc modo gignunt, natura eſt ꝓxima generationis cauſa, totum aũt, ac uniuerſum a deo abſq; medio efficit, ut & Plato aſſerit, quomodo dictu impiũ non eſt Deũ ꝓducere nõ poſſe? ſiqdem qđ prius non erat in eſſe educeret, niſi ut natura particulariũ qđlibet in lucem effert. ſi nãq; & ars efficit, necnon natura quoq; ꝓducit, neq; ambarũ ſimilis effectio, ars quidem, ut dixerim, fabrilis nihil extrinſecus ipſa conſtitués ſola lignorũ compoſitione, tabulæ, aut ianue forte ꝑficit figurã. natura autẽ non ſolũ temperaturã, ac compoſitionẽ operat elementorũ; ſed & ipſas ſubſtãtias, ac formas rerum, quæ prius non extiterãt, cõſtituit, aio qdem carnis formã, & oſſis, uene, ac nerui, necnõ reliquarũ aĩalis ꝑticularũ, ac in his uitalẽ altricẽ, ac augmentatricẽ, ſenſitiuã, ac motiuã, & reliquas in tali qdem elementorũ ſubſiſtentes compoſitione, ac tẽperiæ, alterius temperature eſſe demonſtrate. Præterea & plãtarũ ſexcẽtas ideas, colorũ, necnon humorũ, atq; metallorũ uarias, multipliceſq;, ac infinitas differentias. Si itaq; tãtũ artem natura ſupeminet, quomodo non neceſſe eſt Dei ꝓductionem incomparabili excellentia naturæ opus trãſcendere? igit ſi natura formas non exiſtẽtes prius, in lucẽ edit, materiã ex his, quæ ſunt, capiẽs ac in eadem formas generãs, qm̃ fieri nequit, niſi aliquod ꝑexiſtat ſubie-

ctum, ut effectrix eius oſtendat̃ uirtus, & aliquo, in quo operet̃, indiget ſubiecto. Sic qdem & in ſubiecto eſſe hñs, ut ab hoc ſeorſum, neq; eſſe, neq; opari ualens. neceſſe eſt, ſi qdem & Deus efficit, & ea, quæ ſunt, in lucẽ educit, eius effectionem amplius opatione, neſcio qd, naturæ habere, nihil utiq; hr̃et amplius, ſi non ex eo, qd' penitus non eſt, res in lucẽ ꝓducere ualeret, ſed & ipſe perinde, ut natura, ac ars, ſubiecto aliquo indigeret ꝑexiſtente, in quo effectricẽ ſuiipſius actionẽ demonſtraret. & nõ tãtum natura ꝑſtaret, quãtũ ipſa artẽ ſuperat natura. ſi itaq;, quod qdem dixi, ſine comparatione naturã Deus excedit, naturã autẽ ex his, quæ ſunt, ſubiectum, ac materiã ſumens, ſolas formas in lucẽ depromens ꝓducit, neceſſe eſt, ſiqdem & Deus aliquid ex eo q̃ non eſt, in lucẽ effert, non ſolũ eoꝝ, quæ efficiunt̃, formas ſed & ipm, q̃ prius non erat, ſubiectum ꝓducere, uel nõ erit natura ualentior, nulla itaq; neceſſitas, quemadmodum particularum unaquæq; ex his, quæ ſunt, efficitur, ita & uniuerſum ſi adeo gigneretur, ex aliquo q̃ prius extet, gigni.

Quod qui perſimilem vniuerſi generationem dicunt particularium generationi ꝑexiſtere mundi effectiua eius cauſam neceſſario concedunt, quemadmodum & particularium ꝑeſſe cauſam, vel ſi nõ eadem vniuerſi generationem ſequuntur, quæ generationem partium particularũ quæ generantur ex bis quę ſunt, vniuerſum ſi quidem factum eſt ex bis quę non ſunt, neceſſe eſt fieri. Cap. X.

SEcundo. ſi, qm̃ particularium ſingulum ex eo, qd' eſt, gignitur, ꝓpter hoc, & uniuerſum, ſi quidem gigneret̃, ex eo, qd' eſt, gigni cẽſent, ꝑſpicuum eſt quæ in ſingulis accidũt, eadem & in uniuerſo accidere cenſere, ut uniuerſum non diſſimiliter efficiat̃, quã partes, ex his comprobãt. itaq;, qm̃ mundi partes, uidelicet elemẽta, e quibus eſſe poſſidet, corruptibilia ſunt, ac nulla eſt elementi pars, quæ non ſit genita, ac corruptibilis, demonſtrauimus autẽ prius, neq; totas elementoꝝ moles ad numeꝝ eaſdem manere, ut uero partes habent, ita & uniuerſum habere neceſſarium eſt. quãtum ex his, quæ nunc diſſeruimus, cõſtat & uniuerſum igit̃ generationis erit, atq; corruptionis particeps. Item qm̃ particularium quodq;, qd' gignitur, ex aliquo gignitur, quod eſt, hac de cauſa & uniuerſum ex aliquo ante gigni ſubiecto cenſent. itaq; quoniam ſinguloꝝ natura eſt opifex, totius autẽ, & uniuerſi Deus, cuiq; autẽ ſinguloꝝ natura opifex ꝑexiſtit, & quæ ꝓducta ſunt tempore ꝓducente natura poſteriora, & mundo igit̃, huius opifex ꝑexiſtet, & ſi ex aliquo, quod eſt, quod minime generabile eſt, ipſum fecit. Quare una ab eterno cum Deo mundus minime extiterit. quæ. n. ſors eſt ut in nonnullis totius generatio generationi particulariũ perſimilis eſſe cogat̃, in aliquibus minime. nãq; ſi ꝑpetuum eſſe mũdum aſſerunt, tamẽ Deum eius eſſe opificem cõcedere ꝑſpicuum eſt. Eſt autem & particularium opifex natura, rationi igit̃ congruum eſt, eadem in totius opificio, quæ in particularium generatione contigit, ſequi. ſi autem negãt totum partes ſequi, neq; quæ partibus contingunt, hæc & toti contingere. non itaq; neq;, ſi partes oẽs gignunt̃ ex his, quæ ſunt, iam ꝓpter hoc, & totum, ſi genitũ eſt, ex eo qd' eſt, & ipm genitum eſſe neceſſe eſt. Si. n. non æque natura, atq; Deus opifex eſt, natura aũt ex his, quæ ſunt, opus cõficiet, ut. n. partium quæq; mouet̃, & uniuerſum mouet̃, non ut partes mouent̃, & uniuerſum ita mouet̃ totum. nãq; locũ ex toto uniuerſum mutat, uniuerſum autẽ a toto non abiens loco circa ꝓprium circũambit centrũ, ut & mouet̃ tãquã naturale exiſtens corpus. ſi quidẽ motus eſt, & quietis initiũ natura. Rurſus eodem modo ſe hñs manet, qm̃ nulla eſt regio reliqua, in quã trãſeat totũ ſecundũ totum ipm diſceſſum, & neceſſitas nulla eſt ſingula quoq; motu, quo uniuerſum citat̃, moueri. neq; itẽ uniuerſum motu, quo unumqdq;, moueri. ita qnidẽ cõſequens eſt, genitum eſt, & partiũ quẽlibet genita eſt, eãdem ambobus neceſſariũ eſt generationẽ eſſe. ecõtrario, quã motus, ſe habet. uniuerſum quidẽ, ſi quidem genitum eſt totũ, ſecũdum totum ipm genitum eſt, ut uniuerſe rei ſit generatio, partes quaſq; nõ ſcd̃m ſimilitudinem, ſed ex rebus gigni, & iterũ in id qd' eſt corruptas reſolui. & id haud iniuria, mundo nãq; iam conſiſtente, quia generatio, ac corruptio uniuerſo utilis exiſtit. uniuerſi genitis atq; corruptibus partibꝰ fieri nequibat, ut quæ corrũpunt̃ in id,

in id, qđ penitus non eſt, ſcđm tota ipſa corrumpi, & nihil in eodem manere, ita.n. longo tempore, ut alius ex alio mũdus gignat', neceſſe erat, nõ diſſimile nãq; paſſus eſt, qđ nauis tabulis ꝑmutatis ſuſtinet, & poſtremo tota mutata, atq; alia, & ſi eadẽ ſit cõſeruata forma. ſi itaq; unũ, ac eũdem manere mũdum oportebat, & generationem, ac corruptionem eſſe opus erat, ſimul ut ambo ſeruarent' fieri non poterat. nõ partibus uiciſſim ſe ꝑmutãtibus, & ita generationẽ, & corruptionem efficiẽtibus, & ut accidit mũdum ad numerum eũdem ſeruãtibus. Si autẽ uniuerſum gignit', nulla eſt neceſſitas ex eo, qđ eſt. ip̄m gigni. ita.n. Dei opificium ſemipfectum extitiſſet, formã ſolum ſeparabili ſubiecto ineſſe ꝓducens. ſed totum ſcđm totum ip̄m, ſi quidem uniuerſum gigneret', ex eo, qđ non eſt, ſubſiſtere eſt neceſſariũ, uel igit' ex aliis quibuſdã rõnibus, quæ ſint neceſſariæ, ac refelli non poſſint, mũdum genitum nõ eſſe demonſtrent, ſed perpetuam ſubſiſtentiã hr̃e, uel ſi quidem gignit', nulla eſt neceſſitas, quia partes quælibet ex eo, qđ eſt, generant', ipſum ex eo, quod eſt, gigni contrarium potius totum ſcđm totũ ip̄m ex eo, quod non eſt, ſubſiſtere, ut uniuerſum uere, ut uniuerſum, gigneretur.

Quod nullum eorum quæ gignũtur ex eo, q. eſt gignitur in quo q. omnium conſtantiam ex materia, & forma quæ gignũtur, ac corrũpuntur, non materiæ eſt generatio nõ vtriuſq; ſed ſolum formæ, & q. oẽs materiales formę corruptę non materia efficiũtur, neq; in aliud quid abeunt ſubiectũ, neq; in ſimpliciora reſoluũtur, neq; in vniuerſam quãdam ideam reuertũtur, neq; in alteram mutantur ſpeciem, neq; per ſe ſubſiſtunt, neq; in id qđ potentia rurſus redeunt, ſed in q. penitus non eſt corrupta abolentur, & ex eo q. penitus non generationem ſubeunt. Cap. XI.

ET ſi conceſſerimus omne, qđ fit ex eo quod eſt, fieri, nullã tamen, & uniuerſum, ſi q̃dem gigneret', & ip̄m ex eo, qđ eſt, gigni, neceſſitatem inueniemus, minime uerum eſt hoc, ea quæ fiunt, prorſus ex his, quæ ſunt, fieri. cum omnia.n. quæ generãtur, & æterna non ſunt, ex materia & forma conſiſtãt. Præterea & generatio ex eo, qđ non eſt, in id, qđ eſt, perinde mutatio eſt, atq; corruptio ex eo, qđ non eſt, in id, qđ eſt. utrum ſcđm totum ipſum, & ſcđm materiam aio, & ſcđm formã compoſitum gignit', ideſt ex eo, quod nõ eſt, in id, quod eſt, mutatur. id nãq; generatio eſt, an non? ſecũdum ip̄m totum, ſi quidẽ igit' quod gignit', ſcđm totum ipſum, ſcđm materiã dico, & formã gignit', uidelicet & qđ corrumpit', ſcđm totum ip̄m corrũpitur. quare nõ modo formã, ſed materiã quoq; gigni, ac corrumpi neceſſe eſt, ſed materiã, ut ipſis placet, nec gigni, neq; corrumpi, & in his, quæ deinceps ſequunt', Proclum id fatentẽ audiemus, idem & Ariſtoteles in fine primi libri Naturalis Auſcultatiõis diſſeruit, nõ itaq; ſcđm totum ip̄m cõpoſitum gignit', & abolctur. Quomodo igit' quæ de materia hñtur in aliis locis, in quibus huius mẽtionem facit philoſophus, cõſiderabimus, ſiue uere prima uocata materia incorporea eſt, ſiue non, ſiue etiã ingenerabilis prorſus, ac æterna eſt, ſiue non, & ſi quidẽ uerũ eſſe uidet' hoc in his, quæ nunc a natura gignunt', ac corrumpunt', neq; gigni, neq; corrumpi cõmune rerũ ſubiectum. carnis nãq;, ſi ita ceciderit, corruptione forma quidẽ carnis corrupta eſt, hoc uero huic ſubiectũ corpus minime. manet.n. trina dimẽſio nihil ꝓpriæ naturæ ratiõe paſſa eſt, hæc nãq; eſt corporis naturas ſubſtãtia trifariã diſtãs. pariter, ſi aqua corrumperet', & ex hac gigneret' aer, aquæ quidẽ corruptio, & aeris extitit generatio, ambor; autẽ ſubiectũ, id uero eſt corpus qualitatis expers, nullã, qua corpus eſt, ſuſtinuit mutationẽ. & eadẽ in oĩbus reliquis ratio. ſi itaq; primũ ſubiectum materia, neq; in his quæ generantur, gignitur, neq; in his, quæ corrumpunt', corruptione perit. nõ itaq; ſcđm tota ipſa compoſita corrumpunt'. manet nãq;, cũ res corrũpuntur, materia imutabilis, neq; corruptio ſcđm materiam eſt. itaq; relinquitur id, qđ corrumpitur, hoc eſt, ex eo, qđ eſt, in id, quod nõ eſt, mutatur, formã eſſe. huius igit' eſt generatio, hoc eſt ex eo, qđ non eſt, in id, quod eſt, mutatio corpus nãq; ut ita dicã, pani ſubiectũ, cum nõ ſit caro, caro factũ eſt. & itẽ corrupta carne, carnis quidẽ forma in id, qđ non eſt, abſceſſit, corpus autẽ nihil minus corpus eſt. non.n. rerũ corruptio in nõ corpus proficiſcitur, neq; ex non corporibus generatio. quare corpus penitus imutabile manet. nõ itaq; totius eſt incõpoſitis corruptio, & generatio, ſed ſolius formæ. Si.n. & compoſitũ generari dr̃, a

parte de toto generatio dicit̃,forma nāq; ꝓprie,quod generatur,eſt.quẽadmodum & ſi uer-
berari,aut ambulare,aut induere Socrates dicatur,non ſcd̃m ſe totum,ſcd̃m aīam dico & cor
pus,dictoꝝ quodq; ſuſtinet,ſed ſcd̃m ſolum corpus.quẽadmodum ecõtrario,ſi ſapiẽs,aut iu-
ſtus dicatur eſſe,rurſus a parte aīæ,de toto p̄dicatio fertur.quæ.n.parti cõtingunt,ꝓpter com
poſitionem de toto p̄dicari conſueuimus.Si igit̃ hæc ita ſe habent,generatio,& corruptio for
marum ꝓprie eſt.ſi quidem oẽs materiales formæ æterne ſunt,dico quidẽ ſingulas quaſq; in
quibus eſt corruptio,& generatio.ſic nihil ex eo,qđ prorſus non eſt,gigni,neq; in id,qđ peni-
tus non eſt corrũpi.ſi uero neq; carnis forma,neq; ſanguinis,aut oſſis,neq; coloris, & figuræ,
neq; cæterarum materialiũ formarũ ulla æterna eſt.Planum eſt harũ ſingulam anteq̃ gignat̃,
propria naturæ rõne non eſſe,deinde in eſſe deductã ex eo,qđ non eſt penitus,in id,quod eſt,
mutatã eſſe.& corruptã in id,qđ non eſt penitus,iterum ꝑmutatã eſſe.ſi.n.albedo,q̃ in cycno
reperitur,prius,quã ederetur cycnus,nõ extitit,neq; in numero rerum erat,ſed una cũ cycni
genitura primã in eo habuit ſubſiſtẽtiam.itaq; & cycno corrupto albedo nõ permanet,ſed in
id,qđ non eſt penitus,& mutata eſt in uniuerſum dixerim materialiũ formarum,ac figurarũ
unaquæq;,ut carnis,& oſſis & hic triangulus,& hic circulus,necnon qualitatũ ſingula,calidi-
tas.ſ.& frigiditas,albedo & nigredo,& ſimilia.Præterea & facultates aīæ ratione uacãtes,dico
quidem nutritiuã,& augumentatiuã,generatiuã,ſenſitiuã,& appetitiuã,& reliquas.eæ itaq;,
& eiuſmodi,q̃m quidem in ſubiectis eſſe habẽt corporibus,neceſſe eſt,particularibus,in qui-
bus ſubſiſtunt,corporibus corruptis.ipſas in materiã recurrere,& ut materiã fieri,uel in aliud
quodam migrare ſubiectũ,& corpus,necnõ animare illud,ac oĩno in formam redigere uelut
Græcoꝝ filii in anima,quæ rõne fungitur,ſupponũt,uel in aliqua reſolui ſimpliciora,ut ſylla
be in lr̃as,& domus in lapides,& ligna,uel in ꝓpriã quandã reuenirẽ uniuerſitatem.quemad
modum utiq; igneũ,quod in nobis eſt,in habitum diſſolutũ in totam ignis molem recurreret,
uel in alterã mutari formam,ut ſi nigredo corrupta forte albedo,aut dulcedo,aut quippiam
aliud gigneret̃,aut per ſe a materia ſeorſum æque,atq; ĩtelligibiles formæ ſubſiſteret,uel ſi ni-
hil horũ fieri poſſe demonſtraret̃,neque alterum ipſarum reſolõnis modũ fingere licet.quã-
tum ego cognoſcere ualeo,relinquit̃ ipſas,ſubiecto corpore corrupto,in id,qđ penitus non
eſt,reſolui.nullam itaq; ex materialibus formis,neq; ex potentiis aīæ ratione carẽtibus corru-
ptam,materiã fieri etiam ipſi Græcoꝝ ſapientes nõ negãt.nulla nāq; forma,nec aīæ potentia,
eſſe,& ſubſtãtiam a materia ſumit,neq; ipſa formas generat,neq; in formarũ natura uertitur
ac per ſe forma efficit̃.formarum.n.minime generatiua eſt.q̃m ex deterioribus p̄ſtantiora fie
ri nõ contingit.quo.n.pacto fieri põt,ut materia ſenſu uacãs & anima carẽs,ac penitus infor-
mis ſenſus,& animæ,ac oĩno formæ eſſet cauſa.præſtantiora.n.deterioꝝ generatiua,& cauſæ
ſunt,non ecõtrario p̄ſtantiorum deteriora.materia nāq; gratia huius:forma autẽ cuius gratia
eſt,id autẽ paſſim,qđ cuius gratia eſt,eo qđ gratia huius,p̄ſtantius eſt.ſed id cuius gr̃a natu-
ra primũ eſt,eo quod aut gratia huius.ſiue.n.ſcd̃m ſubſiſtẽtiam ſimul ſunt.ſiue non ſunt.q̃m
inter ea,quæ ad aliquid ſunt,referũtur.ſed igitur,ut cuius gratia intellectiõe antecedat,neceſ-
ſe eſt,ac ꝓpter hoc,id,quod eſt gratia huius,apparatur.formæ.n.gratia domus,iã in ĩtellectu
ante conceptæ,talem materiam p̄paramus,non ꝓpter materiam,formã.quẽadmodum cer-
te,& pater & filius in ea,quæ ſunt ad aliquid,referũtur.pater natura prior.necnõ genus,& ſpe
cies in his,quæ ſunt ad aliqđ,exiſtimãtur,at genus natura prius.ita igitur,& id cuius gr̃a,eo,
qđ eſt gratia huius,natura prius eſt.Si & ex his ſunt,quæ ſunt ad aliqđ.ſi uero id,qđ cuius gra
tia eſt,natura primũ.non utiq; eius,id,qđ gratia huius,cauſa eſt.natura.n.prime effectuũ cau
ſæ ſunt.Quare ſi materia eſt gratia huius,forma autẽ cuius gr̃a,non igitur formarũ gignitiua
eſt materia.generãs nāq; eius,quod generatur efficiens cauſa eſt.gr̃a autẽ huius,ut eius,qđ cu
ius gr̃a eſt,cauſa ſit,fieri non põt.ſed neq; in formas materiã uerti contingit,& uelut mutatã il
las fieri,neq; itẽ formas,quæ corrupte ſunt,materiã fieri.ſi.n.compoſita ex materia,& forma
ſimpliciſſimis cõponunt̃,quo pacto amplius in materiã forma reſoluetur.neq; corporum ele
mẽta amplius duo materia & forma erunt,ſed unum ſolũ materia,& nulla in rebus cõpoſitio.

quomodo

quomodo materia oĩo ĩmutabilis in formæ naturã mutari poſſet. non amplius. n. ĩmutabilitatem retinet. ſi. n. nõ idem materia, & forma, materia mutata efficit̃ forma, non amplius materia ꝑmanet. quod. n. in quippiã per ſe mutatur, non adhuc id, quod erat, eſſe perſeuerat. in aquã. n. forte, uel in ignẽ mutatur aer, ſed ꝓtinus cõmutatione aer eſſe deſiit. & album autẽ ut album eſt, mutatum deſiit eſſe album, ac pariter in cæteris oĩbus. ſi itaque materia in formam mutat̃, materia amplius nõ manet. quare non ĩmutabilis erit. ita ex materia & forma cõpoſitum erit nullum, ſed oĩa abſq; materia ſimplicia erunt. potius autẽ neq; erit totũ. materia. nullum. n. apparet ex informi materia mutatione in alterũ factum. Calidum. n. in frigidum mutatur. & itẽ in album nigrum, & pariter in oĩbus. ſi itaq; dicat. aliquis materiã mutatã formas fieri, & eſſe oĩno materiam auferet. nõ igitur formarum gignitiua materia eſt, neq; mutata ſtatim forma fit. nihil igitur, neq; eoꝝ, quæ generantur, ex materia gignũtur, neq; eoꝝ, quæ corrumpuntur, in materiã diſſoluuntur, in quod. n. quippiã qd' corrumpitur, reſoluit̃, ex hoc & generationẽ habuit, ſi igitur in corruptione rerum formaꝝ nulla, materia efficitur, neq; utiq; ex materia generationẽ habet. ſi. n. & materia potentia eẽ dicitur formæ, ſed non qd' ipſa has foras efferat, uel trãſmutatur in formarum naturã, ĩmutabilis nãq; in his, quæ generant̃ eſt; ſed quia apta eſt, ut ipſarũ exiſtẽtiam in ſeipſa recipiat. quemadmodũ. n. tabula in qua nihil deſcriptum eſt, quatenus inqt Ariſtoteles potentia eſt, lr̃æ, quæ in ipſa ſcribẽdæ ſunt, nõ quia ex ipſa natura lr̃as pullulare efficiet. neq; quidem quia charta, aut cæra mutet̃, in literaꝝ ſubſtãtia. manet. eteni charta, & cæra ĩmutabilis, literis in ipſis genitis, ſed qa in ipſis lr̃arum ſubſiſtẽtiam ſuſcipere ualent. neq; utiq; aliquis dixerit qd' ex eo, quod eſt charta, aut cæra exiſtentiam lr̃æ habeant. ita quidẽ & materia potentia eſſe formæ dicatur, non ꝓpter hoc ex eo, quod eſt materia, rõni cõſonum eſt, formas dicere ſubſiſtere. ſed ſi quidẽ in eo qd' eſt, ſunt qm̃ ipſæ per ſe ſeorſum a ſubiecto ſubſiſtere minime apte ſint. manifeſtius autẽ nobis corruptio huius demõſtrationem cõſtituit. Si. n. abolitis literis materia formæ non efficiunt̃, neq; ſubſiſtentiã ex materia habuiſſe ꝑſpicuum eſt. in quod. n. corruptio fit, ex hoc & generationẽ fieri neceſſe eſt. ſed neq; in alterum ſubiectũ formaꝝ materialium ullam, neq; aĩæ facultates, dico quidem eas quæ rõnis expertes ſunt, migrare cõtingit. ſi. n. ſemp e ſubiecto in ſubiectum aĩæ facultates ad numeꝝ eædem manẽtes migrarent, ĩmortales utiq; eſſent, & ipſe ꝑ ſeipſas ſubſiſtentes, ac ut ſubſiſterent, ſubiecto minime indigerẽt. fieri. n. non poterat, ut uerbi grã. equi aĩa una, & eadem ad numeꝝ manens ex alio in aliud ꝑmearet ſubiectum niſi ipſa per ſe ſubſiſtat, & immortalis ſit. Quẽadmodum certe & aĩam nr̃am habẽtem ſubſiſtẽtiam a corpore ſeparabilem ſupponunt, ex aliis in alia ꝑtranſire corpora. nullum. n. aliud quid eoꝝ, quæ in ſubiecto eẽ habent, poſſet utiq; in ſubiectũ e ſubiecto trãſire. forma. n. carnis, quæ in Socrate eſt, non utiq; aliquãdo Socratem deſerẽs, in altero ad numeꝝ eadem gigneret̃, neq; quæ in cycno albedo, aut quæ in pomo rotũditas ꝓprium derelinquens ſubiectũ, in alio aliquãdo ad numerum eadem ꝑmanentia diſcedent. id. n. eoꝝ eſt, quæ per ſeipſa ſubſiſtunt, necnon & hñtium exiſtentiam a ſubiectis ſeparabilem, ꝓprium. oportet. n. prius a ꝓprio ſeparetur ſubiecto, deinde gignatur in alio. qd' igitur niſi corruptum, ſeparari a ſubiecto aptum eſt, quomodo utiq; cõſeruatum, atq; idem manẽs ſeparari poterit? quod autem cõſeruato ꝓprio ſubiecto ſeparari non ualet, nõ uniq; in altero aliquãdo gigneret̃ ſubiecto. primum. n. ut ab eo, in quo eſt, ſeparetur, oportet, deinde gigni in alio. ut autẽ materiales formæ a ꝓpriis ſubiectis ſecernantur, fieri nõ põt. Quare non in numero cõtingentium eſt, ut ipſa ab alio ſubiecto in aliud ſubiectũ concedãt, & ſi ignis ſuppoſitum aerem calefacit, nõ in ſubiecto igne caliditas eadẽ ad numerũ & in aere fit. Debebat. n. ꝓprium diſſerere ſubiectũ, dico quidem ignẽ. ita nõ amplius ignis extitit calidus, aut nõ ſimilr̃ calidus caliditate quæ in ipſo, aut parte eſt, deſerente ipm, & in ſubiecto aere genita. quid igit̃ eſt, quod in igne caliditas in agẽdo efficiat, & calefacere apta quæ iuxta poſita ſunt, aliã in ſubiecto aere gignit caliditatẽ, & ut in ꝑceptore, ac diſcipulo eadẽ eſt ſcd̃m ſpẽm cõtemplatio, non eadem quidẽ ad numeꝝ & in ꝑceptore efficiẽs eſt cauſa, illa uero quæ eſt, in diſcipulo, effectus. ita & in igne caliditas nõ ad numeꝝ eadem cũ ea, quæ aeris eſt, cali-

ditate,cuius effectrix cauſa eſt.nõ igitur cõtingit materiales formas in ſubiectum ex ſubiecto migrare,neq; aptas per ſe,ut cõſiſtant, neq; æternas,ſed generabiles,& corruptibiles,ſed neq; in alia reſolui ſimpliciora poſſunt.quæ.n.in ſimpliciora reſoluunt,compoſita eſſe neceſſariũ eſt.ex quibus igit ſimplicioribus ſenſitiua facultas cõponitur,ex quibus altrix,albedo, & dulcedo,& ſilia.aliter & eadem item de illis manet ambiguitas.aut.n.& illa rurſus in ſimpliciora reſoluent,& reſolutionis ꝓgreſſus fine uacabit,aut ſi quidem illa elemẽta materialiũ formarum deteriora ſunt ipſis,neceſſario & ꝓpter hoc,& ipſa corruptibilia,corruptaq; in ſimpliciora nõ reſoluentur.Cur nõ in ipſis formis ſimplicitatem fatemur,quæ autẽ quiſquam elementa finxerit albedinis,ex quibus utiq; cõponeretur,aut dulcedo,aut molities,aut alia qualitas? & oĩa uidemus quæ in ſimpliciora reſoluũtur,partibilia,& magnitudines.facultates autẽ aiæ,ut in libris de aĩa Ariſtoteles demõſtrauit,impartibiles ſunt.nõ itaq; formarum reſolõ in ſimpliciora fit.num igitur nõ corruptis ſubiectis materiales formæ in quãdam recurrunt uniuerſitatẽ? ſed neq; id cõtingere uidet.Primum quidem.n.& a maioribus demõſtratum eſt,non eſſe aliquam aiarum uniuerſitatem,ex qua per ſequeſtrationẽ nr̃æ animæ gignantur.ita.n.non impartibiles ipſas eſſe cõtingit,a ꝓpria auulſas integritate,quã autẽ quis fingere iraſcibilis uniuerſitatem,in quã iraſcibilis aiæ pars in ꝓpriam recurret.quã altricis,aut augmẽtatricis , aut alicuius aliarum animæ facultatum neceſſe eſt,& facultricis aiæ uniuerſit item altricẽ alere corpus aliqd,& augmentatricem augere,altrix nãq; facultas eius q alitur,eſt altrix. augmentatrix eius qd auget,eſt augmentatrix.Si igit eſt uniuerſitas aliqua altricis facultatis erit,& qd ab uniuerſitate altricis facultatis,& augmẽtatricis alitur,& auget.Si igitur nullum erit ſubiectum,quod augeatur et datur,et ipſas eſſe minime cõtingit.eorum.n.ut dictum eſt,ſunt,quæ ad aliquid.uiciſſim.n.et eſt,et alens,et qd alitur,e taugens,et quod augetur.ſi uere ſit.qm oẽ qd alitur,et augetur,corruptibile eſt,et illud corpus erit corruptibile.in quod,itaq; rurſus facultatis altricis ſubiecto eius corrupto uniuerſitas reſoluetur? ſi aũt corruptibilis uniuerſitas eſt, neceſſario corruptibilis erit,et pars.quo utiq; pacto aliquis formæ carnis uniuerſitatẽ,uel oſſis,uel uene intelligere poterit,quã albedinis,aut nigredinis,aut dulcedinis,quæ utiq; erit trianguli,aut cubi,aut oĩno figuræ uniuerſitas.Si.n.eſt albedinis uniuerſitas,erit aliq et albi corporis uniuerſitas,et in ſingula quaq; ſpecie eodẽ modo.demõſtrent igit nobis quæ eſt corporis albi,aut nigri,aut dulcis,aut trianguli,aut alicuius eorum uniuerſitas. ſi.n.eiuſmodi uniuerſitates factę ſunt.ſi quidem albedo,et nigredo et reliqua,atq; ſenſum mouentia penitus ſunt. quomodo igit a nullo ſenſu nullũ eiuſmodi corpus cõphendit.at qui corpora a terra dico quidẽ totum corpus albũ,aut dulce,aut carneum,aut aliorum qddam cõtinẽter uſq; ad cœlum inerrans ſenſu,ipſa cõphẽdimus.et quæ in altera ſunt parte cœli dimidia neceſſario.itaque fabula eſt in ꝓpriam uniuerſitatem abolitis ſubiectis materiales formas recurrere ſupponi. ſupereſt igit,ut quæramus,ne uiciſſim naturales formæ inter ſe mutent,ut in circulũ triãgulus,et in amaritudinem cõtraria dulcedo,et ſimplr in alteram aliquã formam,ut in grauitatẽ, at et id,ut fieri nõ poſſit,nõ diffitent.nõ.n.facultas altrix corrupto fieret,utiq; ſi ceciderit,iraſcibilis,neq; oĩno canis corrupti aĩa fieri patuit aliquando equi aĩa.item contingit.n.de ſubiecto in ſubiectũ formas migrare materiales,qd eſſe non põt,demõſtratum eſt.quis.n.res mutuo fieri dicant,aquam dico ex aere,et ex aqua rurſus aerem,ac ex oĩbus oĩa,nõ quia ipſe formæ inter ſe mutent,hæc aquæ.ſ.in hãc aeris,et hæc panis in hãc carnis,ſic rerum mutua mutatio fieri dr,ſed quia ſubiectum idẽ manens ſubſtantiæ rõne,et imutabile ſingulę cuiuſq; per ſucceſſionẽ formæ ſuſceptiuũ.ut.n.æneus equus fieret,canis æneus equi materiæ mutata figura,et illa edita.ſimul.n.atq; altera p̃ſens eſt,reliqua penitus abolet,ſed ære eodẽ ad numerũ manente,et alternatim utrãq; recipiẽtem formam.ita et in naturalibus rebus mutuo fit generatio,ſubiecto oium cõmuni,qd imutabile manere demonſtratum eſt,alias aliam,atq; aliam ſucceſſiue ſuſcipiente formam.ſuccedentibus ipſis uiciſſim.ſ.formis ſecũdæ p̃ſentia, priori in id,qd non eſt,tranſmutata hoc idem,et Plato in Phœdone nos clare docuit.Socratem namq; introducit differentem partim quidẽ uiciſſim cõtraria fieri poſſe,partim uero nũq̃ cõtrarium

fieri

fieri poſſe, quod cõtrarium. ſed ſimul atq; contrarioꝝ alterum acceſſerit, alterum ꝓtinus abo-
leri. accedente. n. corpori calido, frigiditate repente caliditas perit. hæc Socrate in Phœdone
diſſerente, & ex auditoribus aliquo in cõtradictionem ipm cadere putãte. ſiquidem ipſe cõtra
ria aſſerit uiciſſim generari, & rurſus non poſſe cõtrarium aliquãdo fieri id, qđ quidem cõtra-
rium. Socrates ad ambigẽtem inquit, ut recte dicta meminerit. nõ quidem rõnum differentiã
intellexit. Cum. n. diximus inquit contraria mutuo fieri, de poſſidẽtibus contraria diximus, id
eſt de cõmuni cõtrarioꝝ ſubiecto. corpus. n. ſi contigerit album exiſtẽs, fit itẽ nigrum, corpus
igitur album in nigrũ mutari dicit̃, corpus ideſt utriuſq; particeps ex altero migrari in alteꝝ,
ipſe quidem cõtrariæ formæ albedo dico, & nigredo, nũquã inquit uiciſſim generationem, &
mutationem ſuſcipiunt. nũquã. n. albedo efficit̃ nigredo. ſed cum cõtrarioꝝ aliqđ ſubiecto ac
ceſſerit, alterum, qđ in ipſo ante ꝑerat, protinus perit. Quare inquit cõtrariis cõmunicantia, &
ipſa cõmuni noĩe contraria nũcupata. dicitur. n. album, & albedo, & ipm corpus dealbatũ. iter
ſe fieri dicimus, quæ uero cõmunicant̃, ipſas dico contrarioꝝ formas, ut ipſa nigredo atq; al-
bedo ſunt, non amplius mutuo fieri aſſerimus, id. n. fieri non poſſe demõſtratum eſt. ſed ſiqui
dem fiunt alternis uicibus fiunt. poſt. n. albedinẽ ſubiecto aduenit nigredo, aut econtrario, &
in oĩbus eodẽ modo. hoc igitur Plato. perſpicuum autẽ eſt, qđ in contrariis ꝓbauit, & in oĩbꝰ
materialibus formis neceſſario cõtingere. Cum. n. uinum in ſanguinem mutatũ eſt, ſtatim ui-
ni forma abolita eſt. pariter & ſi panis in os, aut in carnẽ mutatus ſit, nõ ipſa panis forma, caro
facta eſt, at quidem illa in id, qđ non eſt, receſſit, in illius autẽ ſubiecto, carnis, aut oſſis forma
genita eſt, & in oĩbus ratio eadẽ. nõ itaq;, ſi uiciſſim res dicunt̃ fieri, formæ ſunt, q̃ mutuo mu
tationem, & generationẽ ſubeant, ſed ipſe quidẽ formæ uiciſſim ſuccedunt, ac in id qđ non eſt
abeunt. cõmune quidẽ ſubiectum ſucceſſiue ſingularis cuiuſq; formæ ſuſceptiuum efficit̃, ſic
quidẽ at generatio abſq; corruptione fiat, eſſe nequit. qm̃ fieri nõ põt, ut ſubiectũ formis ſpo
liatum ſit, neq; eſſe põt, ut duæ ſimul formæ ſint in eodẽ. neq; itẽ forma aliqua fiat ſi altera ali
qua forma nõ corrupta, atq; abolita ſit. ſi igit̃ corruptis corporibus, neq; in materiã formæ re
ſoluunt̃ materiales, neq; in alterum aliqđ migrant ſubiectum, neq; in ſimpliciora earũ reſo-
lutio efficit̃, neq; in ꝓpriam redeunt uniuerſitatem, nec in alterã mutant̃ formam, ſed neque
ipſæ per ſe a corporibus ſeparabilẽ ſubſtãtiam æque, atq; intelligibilia habent, inſeparabiles
enim corporibus & in ſubiectis ipſis ſubſiſtẽtiam hñt, neq; alteꝝ modum ꝑter hunc, mutatio
nis intelligere licet. ſupereſt igit̃ omnes materiales formas abolitis corporibus in id, qđ peni-
tus non eſt, abſcedere, igit̃ ex eo, qđ penitus nõ eſt, generationem habuere his igit̃ rõnibꝰ, at-
que huiuſmodi a nobis debilitatus ac fractus, & egregie ꝓpriæ opinioni ſuppetias ferre nitens
eiuſmodi quandam rõnem finxit. Materiales. n. inquit formæ, ut carnis forma, uel album, aut
figura, & talium quæq;, quẽadmodum qđ fit ex potentia tali, actu tale efficit̃, ita & qđ corrũ
pitur, item ex eo, qđ actu, in propriã remeat potẽtiam. ut. n. potentia album, fit actu albũ, ita
quidem & album actu, poſtq̃ corruptũ eſt, fit potentia itẽ album. q̃re albũ corruptum nõ pe-
nitus in qđ non eſt, ſed in potẽtia albũ reuerſum eſt. & ut potẽtia ſtatua in actu ſtatuã, in pul-
uerem redacta in potẽtia recurrit̃ ſtatuã. rurſus eadem, & in oĩbus ratio. ſi quidẽ ex quo gene
ratio unicuiq;, ĩ id & corruptio. ſi itaq; generatio mutatio eſt ex eo, qđ potẽtia, corruptio idẽ-
tidem ex eo, qđ actu eſt, in id, quod potentia mutatio. nõ itaq; ex eo qđ non eſt, generatio, ne-
que in id, quod nõ eſt corruptio. eiuſmodi q̃dem ſunt, quæ apud illũ & nos huius rõnis ꝓba-
bilitatem redarguentes, ꝓloquium quodã cõmune, cui annuunt oẽs, ſumpſimus, qđ eſt aliud
quippiã eſſe, potentia aliquid eſſe, & aliud, ipſa illius potentia. pariter & actu aliquid eẽ, aliud
eſt, & alteꝝ illius actus. potẽtia. n. age album, ſubiectũ eſt corpus qualitatem albi in ſeipſum
ut ſuſcipiat, aptũ, albi aũt potẽtia eſt ipſa nuda procliuitas, ac aptitudo, quã hoc quidem cor-
pus hñs, ut dealbetur, natum eſt, aliis uero ut alba fiãt, potentia nõ hñtibus. ſimilr̃ actu quidẽ
corpus album, eſt ipm dealbatum corpus. ut linum dealbatum. actus uero eſt albi, ſiue ut Ari
ſtoteles inquit, endelechia, ipſa eſt albi forma, quæ corpori ſupuenit. eiuſmodi. n. actu id, qđ
indutum, actu dicitur album. id & in reliquis oĩbus. Cum igitur corpus actu album colorem

abiiciens,album potentia efficitur.album ipm quidem corpus,qđ prius quidem erat actu al
bum,potentia corpus factum eſſe albū dictu uerum eſt,ipm quidem albi actum,& formam,
qua corpus participās actu eſſe album dicebať,non item dictum ueꝝ eſt,quod corrupta,po
tentia albū factum eſt,eadem coloris albi potentia.Corrupto.n.albo corpore aut pmanſit,ip
ſius albi actus & forma in ſubiecto,aut nō pmanſit.ſiquidem igiť albi actus.ſ.forma in potē-
tia albo reſtitit,idem ſimul & actu,& potētia albū eſſe neceſſe eſt.perinde,ac ſi dicať,& albū
& non albū.potentia.n.album,nōdum eſt album.Præterea & cōtraria ſimul eidē inerunt,po
tentia.n.& nō actu album,ſeparatū tamē nigrum eſſe neceſſariū,aut medioꝝ quippiā.ſi itaqꝫ
aut,ut cōtraria ſimul ſint,aut cōtradictionem eſſe ſimul uerā fieri non pōt.ut idem ſimul & al
bum & nō album uel album ſimul,& nigrū,fieri itaqꝫ non pōt,ut in potentia albo albi forma,
atqꝫ actus ſit.Si autem fieri nequit ut in eo,qđ potentia albū,ſit albi actus.corrupto itaqꝫ cor-
pore albo forma,atqꝫ actus,qui in ipſo eſt,albi,niſi ppetua ſit,in id,quod penitus nō eſt,neceſ
ſario abiit.Quare & ſi ſubiectū ex eo,quod potentia eſt,in id,qđ actum eſt,mutatur.& itē ex
eo,quod actu eſt,in id,quod potentia,ipſe tamē formæ materiales corrupte in id,quod peni-
tus nō eſt demigrāt,& propter hoc,& ex eo,quod penitus nō eſt,earum opifex in lucem ipſas
educit.Conſiderādum autem & ſic.ſi qđdam ſit corpus albū,deinde abolita quæ in ipſo eſt,
albedine,efficiť potentia album.itē poſtea idem actu efficitur album,neceſſe quidem albedi-
nē,quæ in ipſo poſterius genita eſt,nō eādem eſſe ad numeꝝ cum albedine,quæ prius in ipſo
erat.quis ſpecie ſit eadem,æque,ut Socra.cum Platone ſpecie quidem idem,ad numeꝝ non
idem.& ut motus ſphære,qui ab eadē in idem,qui hodie eſt,age cum motu,qui heri fuit,idē
eſt ſcđm ſpeciem,ad numeꝝ,non idem.unum.n.& idem ad numeꝝ conſerueť,oportet,et nec
corrumpať,uſqꝫ eo,dum ipm manet.uelut Socrates numero idē eſt,uſqꝫ eo,dum manet,& ſal
uatur.ſi igiť albedo prius corrupta eſt,rurſuſqꝫ altera in eodē,pducta albedo eſt,planū ad nu-
merum differētem cum priori poſteriorem eſſe,qm̄ id concedunt oēs,& fieri nequit,ut albe-
do,quæ prius in hoc corpore,eadē ad numeꝝ ſit cum albedine,quæ poſterius in eodem facta
eſt.igitur fieri non pōt,ut prius,quā corrupta ſit albedo,iteꝝ eadem rurſus genereť,& ſi ſpe-
cie eadem.Si uero fieri non pōt,ut corrupta albedo amplius eadem ad numeꝝ,ut gignatur,
neqꝫ potentia igiť corrupta indiuidua albedo amplius eſt in ſubiecto corpore ad numeꝝ ea-
dem.ſi quidem quod potentia aliquid eſt,& actu fieri cōtingit.itaqꝫ ſi ut corrupta albedo eſſe
non pōt,ut amplius eadem ad numeꝝ efficiatur.neqꝫ igitur potentia erit in ſubiecto corpore.
ſi autem potentia in ſubiecto nō eſt corpore,corrupta itaqꝫ illa albedo,nō in propriā corrupta
eſt potentiā.ſi.n.corrupta in propriā regreſſa eſt potētiam,& rurſus utiqꝫ gigni poſſet.ſi itaqꝫ
amplius eadem ad numeꝝ albedo generari nō ualet,non igiť corrupta in propriā reuertitur
potentiā,ſed in id,quod oino non eſt,regreſſa eſt.q.n.non in aliud quippiā,ipſam reuerti eā-
dem contingit,ante puiam protulimus demōſtrationem.ſi igiť hæc albedo corrupta in id,qđ
nullo pacto eſt,diſceſſit in qđ autem,quippiā corrumpiť,ex hoc,& genitum ipm eſſe neceſſe
eſt,& cōtrario.ex quo,quid gigniť,ex hoc & corrumpiť ex eo,qđ nullo modo eſt,genitum eſt.
eadem in oibus,quæ gignunť,& corrumpuntur,materialibus formis quadrabit ratio,& hinc
igitur demōſtratum eſt,oia,quæ gignūtur,ex eo qđ nullo modo eſt,gigni,& quæ corrūpūtur,
in id,qđ prorſus non eſt reſolui.ſecus dicere materiales formas quæ corrūpuntur,in id,quod
potentia eſt,reſolui,æque eſt,atqꝫ dicere ipſa,quæ corrūpuntur in materiā reſolui.& illic pene
trare.ſi quidem materia potentia eſt.ſi autem quæ corrūpūtur,in ipſam ingreſſum hn̄t,& ex
ipſa quæ gignūtur,ſubſiſtentiam accipiunt.itaqꝫ ex pſtantiori deteriora in lucem efferenť,qđ
quidem fieri non pōt.qđ.n.ipſa non habet,id per generationem in lucem pferre non pōt,ut,
& ante diſſeruimus.ac quid mihi prolixiori opus eſt orōne,qđ et apud ipſos Græcos eiuſmo-
di cōſtare demonſtrauimus.itaqꝫ Proclus in quinta explanationū,quas cōfecit in Timæū,ra-
tione,Platonis de formis materialibus doctrinā declarās inquit.quod et qualitates,et formas
cūctas materia les ex eo,qđ non eſt ſubſiſtere dicit Plato,et in id,quod nō eſt item diſſoluto cō
po ſito aboleri.oratio ita habeť num quidem pſtat quod et formæ materiales,et nō modo q̄li

tates ingredientes nũcupatę ſunt, ac exuentes. hæ .n. ſunt intelligibiliũ ſimilitudines non qualitates. Dignum igiť eſt, ut inſpiciamus quo forma hæc habeat. ſi.n. in naturam hñt ingreſſum, abſurdum. aliquid .n. coꝝ quæ poſt ipſa ſunt, et a ſeipſa natura ſiſe ſuſcipit, ut ſiet in itelligibile dixerit aliquis a generatione abire, & qď uis, ſi uero in aliã materiã contra ea, quæ manifeſta ſunt, dicemus. non .n. igne extincto & in aerem uerſa materia uidemus aliã accẽſam. Si autem in ſeipſis ſunt erunt intelligibiles, & per ſe ſubſiſtẽtes, atq; impartibiles. unde igitur tumor, unde diſtantia, unde bellũ de cõmuni ſucceſſione. non .n. quæ in ipſis ſunt, de ſubiecta ſe de cõtendunt. non .n. aliquo indigẽt ſubiecto. ſi uero, neq; in natura, neq; in ſeipſis, neq; in materia, fieri põt, ut eiuſmodi formæ ſint poſt corruptionem, cõcedere in id, qď non eſt, neceſſarium exiſtit. non .n. totum hoc manet, materia ſemp manente, ſed forma ſolũ abſq; generatiõe ſubſiſtens, & abſq; corruptione abolita. itaq; cum logica demonſtratione, tũm Procli uerbis fidem ipſis ex Platonis opinione & euidẽtiam pſtantibus, tum qualitates, tũ materiales formas omnes & ex eo, quod non eſt, in eſſe educi, & rurſus abolitas in id, quod non eſt, tranſire. non igitur falſum hoc, nihil ex eo, quod penitus nõ eſt, fieri, neq; in qď nõ eſt prorſus corrũpi.

Defenſio ꝙ materiales formæ non generantur, neq; corrumpuntur, ſed abſq; generatione & corruptione, aut ſunt, aut non ſunt. Cap. XII.

SEd formæ inquit, neq; generanť, neq; corrumpunť, ſed & abſq; generatione ſubſiſtunt, et abſq; corruptione rurſus abolenť. quẽadmodum & in ratione, quã dudum recenſuimus, Proclum diſſerentem audiuimus, & aliquis hoc tali comprobare poſſet modo. Oĩs generatio in tempore oĩno ſpectať, & motu. ut hoĩs generatio. opus .n. tanto age tempore, ut aĩal fabricetur. Formæ uero in non tẽporis puncto ſubiectis ſupueniunt. & itẽ in non tẽpore a propriis abſcedũt ſubiectis. uerbi grã per ſĩlitudinem explicetur. domus forma nõ prius ſubſiſtit, quã extrema age ſummitati impoſita eſt tegula. ſi.n. hæc abſuerit ædificium domus diffinitionem ſuſcipere non ualet. ſi.n. domus eſt operimentum ex lapidibus, ac lignis ab ardoribus, ac pluuiis nos defendens, deficiẽte tegula una, ab imbribus nos nõ tuetur. Cum itaq; tegula una abeſt, domui qua extruebať, non ſupuenit forma, neq; ultima addita tegula in non tpe ſubiectę domui dicta aduenit forma. idem quoq; accidit, & in naturalibus formis. ſi.n. ante a natura pſcriptum, ac cõſtitutum tps, unum, ac ſolum diem uel horam ante q̃ aĩal abſolutum pfectũq; ſit, a uulua ſepareť fœtus, quaſi ab opifice natura nõ abſolutus neceſſario corrumpiť, ꝙ nõ abſoluta ſit ſubiecto fœtui aĩalis forma. Quapp formæ ſubiectis temporis momẽto accedunt, ſi uero & id, abſq; generatione. oĩs .n. in tẽpore generatio, æque & in id, qď nõ eſt ipſaꝝ momentanea efficiť reſolutio. cum .n. in abſolutam diſcordiã, & diſſonantiã corpus peruenerit tẽperatum cum tẽporis pũcto ſecedit, ac extinguiť ſubiecti huius forma, ut in lucernæ flãma paulatim marceſcente, & adhuc uigente flãma ac ſubito extincta. ſi igiť in non tẽpore deletur, & abſq; corruptione neceſſario. Oĩs .n. corruptio in tẽpore efficiť, qm̃ & mutatio oĩs. ſine generatione igiť formæ ſubſiſtunt. & abſq; corruptione abolenť, ꝙ efficiť igitur aſſerunt, ſubiectum eſt, & materia. efficitur operi idonea, & ad formæ ſuſceptionem apta. cum igiť ſubiectũ in tẽpore aptũ effectum eſt, ſubito ipſi accedit forma. ſi itaq; ſubiectum operi cõmodum efficitur. ſubiectũ autem nõ eo, ꝙ nõ eſt, ſed ex eo, ꝙ eſt efficiť. nihil ergo ex eo, ꝙ nõ eſt gigniť.

Quod & ſi concederetur verum eſſe ſine generatione, & corruptione, aut eſſe, aut nõ eſſe materiales formas, iſtud idem demonſtratio eſt, huius & mundum ſi quidem genitus eſt, ex his, quæ non ſunt, genitum eſſe, non ex his, quæ ſunt, & ꝙ materia, ſi quidem facta eſt, & ipſam ex his, quæ non ſunt, factam eſſe neceſſario, & propter hæc, & ꝙ ex vtriſq;, vt ex hic inferatur, omne, ꝙ gignitur, ex eo ꝙ penitus non eſt, gigni. Cap. XIII.

TOt igitur quiſpiã concederet, rõnum argumenta ab ipſo capiens in demõſtrationem huius, materiales formas ſine generatione, & corruptione, aut eſſe, aut nõ eſſe. primum autẽ

nos,& ſi hanc quaſi ueram rōnem ſuſceperimus,ex his nihilominus aliquis demōſtrare poſ-
ſet,uel mūdum non eſſe genitum,uel ſi quidē genitus eſt,ex eo qđ eſt,genitū eſſe.iuxta.n.hu-
ius uerbi fieri,cōmunem uocē ratio argumētum captioſa accepit. generationē.n.mundi ſolā
nudam ex eo,qđ nō eſt,ineſſe deductionem noīamus.quemadmodū & Plato in qbus inquit.
Vtrum erat ſemp,nullo generatus ortu,an ab aliquo principio cū inceperit,genitus eſt,& nō
quaſi formationem eius,& in ſubam ꝑgreſſum in temporis deductione.hac.n.generationis ſi
gnificatione mūdum nō eſſe genitum nō negamus.in pūcto nāq; temporis Dei efficientia,&
ſolum uelle in cuiuſq; ſubſtātiam eſt ſatis.ne igitur penes noīs cōmunitatē negociū nobis fa-
ceſcant,ſed ſiquidē nōnulla,& ipſi eſſe cōcedunt,quæ ꝑpetua non ſunt,tēporis momēto in cē
producunt,uelut cunctæ formæ,& harū ex his,quæ ſunt,ſubſiſtentia nō efficit,quid ꝓhibet
& uniuerſum,ita in eſſe ꝓductum,ante quidē quā generaretur,nō exiſtens,ex nullo ſubiecto
in eſſe deductū.non igit ſi hoc modo mūdus genitus eſſe diceret,ex eo,qđ eſt,ipm genitum
eſſe,neceſſariū,e regione potius ex eo,qđ non eſt.ſi quidem quæ ſine tēpore ſubſiſtunt,cūcta
ex eo qđ non eſt,in lucem educunt.in nō tēpore autem Deū,qui tēporis opifex eſt,ꝓducere
neceſſe eſt,oēs itaq; materiales formas in lucem ex eo,qđ non eſt,ꝓduci demōſtratione logi-
ca,& ipſi concorditer nobis fatent.materialem autē eſſe formā quæ cœli,& quæ uniuerſi.Siq
dem mūdum eſt corpus,non negat.igitur ſi gigneret idest ſi non,prius exiſtens in lucē ex eo
quod nō eſt,ederetur,& ipm genitum eſſe neceſſe & nō ex eo,qđ eſt.& materia ſiquidē gigne
retur,ex eo,qđ oīno non eſt,gigneret,& ſi corrumperet,idētidem in id,qđ penitus non eſt,
reſolueretur in rōne,in qua de materia nobis Philoſophus oronem bene lōgā habuit,undeci-
ma demōſtrabitur.ibi ꝓbationes,qui uoluerint,ſumunt,ut ne ſcribendo,eadē ſæpe iteremus.
Si igitur & forma in lucem ex eo,qđ non eſt,ꝓfertur,ut & ipſi cenſent,& materia itidem,ut
rō demonſtrat.nihil uero aliud,ꝓter has compoſitū eſt,compoſitū itaq; cum nō ſit ꝑpetuum,
ſi totum ipm gigneretur in eſſe ex eo,qđ minime eſt,ꝓduceretur nihil itaq; eorum quæ gene
rātur,quatenus generātur,ex eo,qđ eſt,generantur.hac de cauſa nihilq; earū rerum,quæ cor
ruptioni ſubiectæ ſunt,in id qđ eſt,ac in id qđ non eſt,reſoluitur.ſingula.n.quæq;,quæ gene-
rantur,ac corrumpunt,non ſcđm utrūq;,attamē ſcđm formā ſolum generātur & corrumpū-
tur,unde ex materia fiunt,& in materiam rurſus reſoluuntur.

Quod non verum eſt materiales formas abſq; generatione ſubſiſtere. Cap. XIIII.

NOn recte autem admiſimus formas in ſingulorꝫ generatione in temporis momēto abſq;
generatione ſubſiſtere,ad opus autē ſolum materiā idoneā effici,& in formarum ſuſce-
ptione accōmodatā,abſolutionem.n formæ & nos in impartibili tēporis pūcto ſubſiſtere ab
ipſis minime diſſidētes affirmamus,eius qdem aſſerimus generationem maxime. in uulua.n.
fœtus animatio,ac formatio,nō quidem materiæ,ſed formæ generatio.nemo ambigit,cū ad-
huc fœtus uulue annexus eſt,ipm uiuere,ac ſemp in uitæ ꝑfectam ꝓgredi formā,neq; mate-
ria aīalis eſt,uita,ſed forma,materia autē ſubiectū,& aīatum corpus,& rōne naturæ corporis
propria,inanime eſt,& minime aīal,& hoc planum exiſtit,igitur priuſquā fœtus abſolutus ꝑ-
fectuſq; ſit,quāuis adhuc imꝑfectus,uitæ tamē particeps eſt.aīalis autem nō materia,ſed for-
ma uita eſt,ipſa uero in tempore,& generatione ad ꝑfectionem ꝓgreditur,& in uulua ꝑfecta
euadit.non itaq; in non tempore forma,& ſine generatione ſubſiſtit.& ſecus Proclus in hu-
ius libri rōne undecima ipſe inqt,ut artifices bene ad opus cōmodam nōdum exiſtētem mate
riam,& quātum abſumit temporis in efficiendo materiā dum ꝑcidunt in tanto tēporis inter-
uallo aduenit forma.non.n.lapides inqt,prius,q̄ expoliātur,& concinent,formæ domus ma
teria,ſed cum hæc habuerint.tunc.n.inquit,ut uere materia efficiunt,tunc temporis momen
to forma ꝑſens adeſt.ſi itaq; uere hæc a Proclo aſſerunt,& materiā bene ad opus cōmodā arti
fices efficiunt,in quāto autem in materiā efficiendo tēpore ꝑincidunt,in tāto eſt formæ acceſ-
ſio,non autem niſi in tēpore,ut materiā conſtituāt,ꝑincidunt.non itaq; niſi in tēpore in ma-
teriam eſt acceſſio formæ,& ſi nō,niſi in tēpore ſubſiſtit,per generationem in eſſe producit.

quēadmodū

queādmodum igitur in efficiendo materiā artifices ꝑincidunt, ita, dum efficiunt formā, ꝑincidunt. eadem & his, quæ a natura in lucem ꝑ generationem edunť, ratio quadrat. ars nāq; naturæ eſt æmula. Præterea, ſi domus forma. nō generatur, neq; ædificator ipſam facit, ſi autem nō facit edium formā ædificator, nō utiq; ædificator ædificator eſſet, neq; nauis fabricator, nauis fabricator eſſet, neq; utiq; domus fieri dici poteſt, non nauis neq; ueſtis, neq; quicq̄ aliud, non. n. nauis materia nauis eſt, neq; indumenti indumētū, neq; domus, domus ut hæc fieri dicerenť materia hoꝝ ad opus apta effecta. ſi igitur materiā ſolum ad opus idoneā artifices efficiunt, forma autē nauis abſq; generatione tpis puncto accedit, neq; domus itaq; accedit, neq; nauis, neq; quippiā aliud, artifices nō formæ, ſed materiæ effectores, & generatio non formæ, ſed materiæ machinatrix noianda, & hoium non modo uulgariū, ſed cunctoꝝ ſapientiū uſus auferendus. Vos. n. ad cœleſtia, apud Platonē opifex inquit, cōuertite ad mortalium aialium procreationem. & homo hoiem, inquit huius diſcipulus, generat. nō itaq; hoiem oportet dicere genitum eſſe, aut gigni, neq; equum, neq; uitē, neq; ficum, neq; quippiā aliud. Eoꝝ. n. quodlibet, quæ ſunt, nō ſecūdum materiā cunctoꝝ cōmunēq; ac ſecundum formā eſt, & noiatur. ſi igiť formæ non generātur, non oportet dicere, hois generatio, non ficus, nō alicuius alterius. non. n. hæc noia materiæ, quæ cōmunis eſt, declaratiua ſunt, ſed formæ, ſcdm quā, alioꝝ qdq; ob aliis diſtinguiť. ſed puto hæc riſu potius excipienda, quā contradictione digna. in rerum nāq; generatione forma paulatim ſplendeſcere cerniť, & tempore ad ꝑfectionem habere. ut uidere licet, tum in oibus, quæ ab arte formātur, tum in his, quæ a natura generanť, ut in fœtibus aialis formā hn̄tibus, & ad uitæ formā ꝑfectiorem ſemꝑ ꝓficiſcentibus demrauimus.

Quod non quia formarum abſolutio in non tempore eſt, ideo formarū tollenda generatio. Cap. XV.

SI uero formæ perfectio in tēporis momento ſubſiſtit, ꝓinde neq; formas gigni aſſerūt, neque in tpe ad ſubiecta accedere cum materiæ, tum oēm generationem e medio tollēt. ſi. n. lapides, & ligna nō prius ædium materia ſunt, ut in his q̄ꝗ recenſuimus inqt Proclus quā ꝑpoliantur, & concinenť, ſed cum ꝑpolita fuerint tum, ut uere materia facta ſunt, necnō & forma tpis momento iam ꝑſens adeſt. nō igiť ante formæ acceſſum, ꝓprie lapides, & ligna, ſunt ad domus effectionem materia. quare & ꝓprie ut ſint materia, ipſis accedit temporis puncto, cum & forma, eoꝝ. n. quæ ad aliquid, materia, & forma, & alterum ſine reliquo, ut ſit, fieri nō pōt, & ut alterum ſe habet, ita & reliquum ſe hr̄e neceſſe eſt. cuncta. n. quæ ad aliquid eiuſmodi ſunt, ideo fit, ut formæ abſolutio fiat tpis puncto & materiæ, igitur ꝑfectio, ut materia eſt, cum & uera eſt materia, tpis momento ſubſiſtit. Si itaq; quæ in non tpe propriā aſſumunt ꝑfectionem, non gigniť, & ad opus accōmodata, & uere materia abſq; tempore ſuā, ut materiā eſt, ſumit ꝑfectionem, ac uirtutem. cum & una cū ipſa eſt congreſſio formæ. non itaq; materia gigniť. ſi igitur neq; materia, neq; forma generatur, quid, quod generationem ſubeat, erit reliquum. non. n. iſtoꝝ medium eſt. ex materia nāq;, atq; forma compoſita ſolū conſtant, ac nullo, qđ ea componat medio indigent, queādmodum & Ariſto. cenſet. itaq; in incidēdo lapicida, & expoliendo lapides, ſi neq; formā domus efficit ꝓpter eoꝝ ſuppōnem, neq; materiā, ob id, quod neceſſario ſequiť e ſuppōne ratiōis ipſoꝝ. quid utiq; erit reliquū? quid facit, aut quid erit, qđ gignitur, aut nihil efficere ædificatorem cum expolit lapides dicunt. ſi igiť efficit aliquid lapides poliens, atq; concinās, aut ædium materiā efficere omnino neceſſarium, aut formā, & ſi materiā efficiet cum quātum abſumiť temporis materia efficiendo tāto ipſi eſt acceſſio formæ tpis interuallo. ideo & forma in tpe accedit, ſi uero in tēpore, & per generationē neceſſario, ut iam diſſeruimus. Non. n. ut ſubſiſteret, tpe opus erat, niſi & generatione indigeret. ſi oino hæc diuidere oportet, materiæ generationem dico, & formæ cum incidat, & poliat lapides, & ligna, & tum materiā efficit, ad opus cōmodam efficiēs. cū uero iā componit, & hæc inter ſe congruēter accōmodat, tum ꝓprie domus forma ſubſiſtit. & in uniuerſum dicā. ſi quod abſq; tpe ſuam capit ꝑfectionem nō generať, omnis de medio auferet generatio. ſi. n. qđ fit, in tempore fit, & non prius ꝑfectam aſſumit ſubſiſtētiā, quā aſſignatum generationi finiať tem-

pus.non tempus uero tpis concluſio nũc iuxta illud,qđ fit ſine tempore,quatenus fit,ꝑfectio nem ſumit.omne uero,qđ ſuam abſq; tempore ſumit ꝑfectionem,ut aſſerunt,non generatur. ideo nihil eoꝝ quæ generatione participãt,generatur.q̄re e rebus generatio uticꝗ tolleretur.

Quod cum in his quæ arte efficiuntur, cum quę a natura conſtant ſolius formę eſt,& non materię generatio. Cap. XVI.

SI igitur hæc abſurda,non igiť abſq; tpe ſuam capiens ꝑfectionem,non generať. neq; ideo quia temporis momento formaꝝ perfectio ſubiectis accedit,non formas fieri aſſeremus. qđ uero non ſolum ꝓpinqua materia,ſed & formæ,cum ab opificibus tum a natura efficiantur,hinc ꝑſpicuum efficiť.contingit eũdem lapidem,ſcđm unã & eãdem figurã perpolitum age dixerim,quadrati formã,& ut materiã ædium in quadrũ figurari,& ut eandẽ ad tribunal aut ad ſedem cõficiendã futurã idoneã,ſi igiť aliquis nõ ut materiã domus lapidem in quadrati formã conſtituerit,ſed ſimpľr ut tribunal,aut ſella efficiať.nulli dubium quin forma in hoc erit,qđ rata,aut hæc figura cubica,ut & forma hoĩs in ſtatua,materia aũt ipſa lapidis natura. igitur artifex lapidem poliẽs,& cubicam in ipſo figurã efficiens,nõ materiã,ſed formã efficit. Planum itaq;,qđ & ſi ut materia domus fieret,ut ꝓxima forma,nõ ut materia,efficiť eadem figura.in materiã enim.ſ.lapidẽ artifex formã aliquam imponit,talis autẽ figura cũ facta eſt, contingit,qđ ex ambobus,materia eſt,cũ domus effecta eſt.quo pacto ridiculum nõ eſt,ſtatuarium cũ in cæra formã aliquã imprimit,aut aliã quãuis materiã figurans,nõ formam,ſed materiã ſtatue dicere ipm efficere.ſi.n.figurã uiri ſimilem faciẽs,materiã efficit.quæ autẽ eſt ſtatuæ forma,nihil.n.aliud eſt ſtatua,quã materia talis in uiri,ſi contingeret,figura formata. non diſſimilis rõ & in generatione naturaliũ oĩum.ſuſcipiens.n.natura ſemen primũ forte ſanguinem efficit,deinde cõcreſcere facit,poſtea partiť in carniũ,& oſſiũ,& reliquarum partium ſimilarium generationẽ poſtea,format deinde uitã tribuit,poſtremum ſenſum.id uero quid aliud eſt,quã paulatim formæ aĩalis ꝑſentiæ ſubſiſtentia.nõ.n.quatenus aĩal,& quatenus ſenſus aĩalis materia eſt,ut & ante diſſerui,quæ quidem aĩato conſtituto,adhuc in matrice paulatim accedunt.& ſi.n.contingat alterius potentiæ opus,& ꝑfectionem alicui alteri potẽtiæ materiã fieri.ſed ſingula quæq; tamẽ potentia nõ ut materiã,ſed ut ꝓprium efficit opus. Propoſitum.n.eſt cuiq; naturali potentiæ ꝓpriã ſumenti materiã,hanc ornare & formã ei imponere cõgruam.alimentũ.n.in uẽtriculo in ſuccum confectũ naturalis in iocinere inſerta potẽtia capiens alterat,in eo alterationem imprimit,hoc & in ſanguinis ſubãm tranſmutat,& id eſt eius opus,& ꝑfectio ſanguinis formã efficere,& aliud nihil,quare ſi ſanguinis formã ſolã naturalis,quæ eſt in iocinere,facultas intendit,& hãc efficit.iecur igiť nõ materiæ,ſed formæ eſt opifex,ſed rurſus iocineris opus ideſt ſanguinẽ.uirtus,quæ eſt in ſingula quaq; particula,ut materiam ꝓpriã accipiens in ſubiecti naturã oſſis,forte,aut carnis,aut aliarum partium alicuius trãſformat.ipſe igitur ſanguine ut materiã utuntur,quæ uero in iocinore eſt uirtus hãc materiã operatur,ut formã,& opus,& ipſa,qđ dixi,in ſanguinis formã,alimentũ,quod in uentriculo in ſuccum redactũ eſt,attrahẽs.qm̃ & ars quæ conficit panes,ut formã,& opus,ꝓprium panis formã conficit,contingit autẽ huius opus uirtuti,quæ eſt in uentriculo,alteratricis materiam effici,& medicamentoꝝ naturæ opifices,naturæ opera ut ꝓpriã materiã ſumentes lapides,& herbas,& reliqua.quæ quidẽ natura,nõ,ut materiã illis foret,efficit,ſed ut propriam formã,& opus,medicamentoꝝ in ipſis formã,efficiunt.& ipſis hæc finis eſt.quæ quidem rurſus medico materia efficiunť,ac quid opus.exemplis orõnem ꝓferre,in uniuerſum.n.ars oĩs, & uirtus oĩs naturalis ꝓducens aliquid,non ut materiã,ſed ut formam aliquã prorſus efficit. ſi q̄dem materiã aliquam capiens cũ ars,tum natura formam ipſi aliquã imponit.Nulla autẽ materia,quatenus materia eſt,in alia aliqua ſubiecta materia ſubſtitit.Primum.n.cuiq; ſubiectum ipſa eſt.propinqua.n.uocata materia age elementa,& humores,qui his in nr̃o corpore ꝓportione reſpondent nõ ꝓprie materia,ſed ut ad aliquid materia,ut.n.ad corpora,quæ ex ipſis futura ſunt compoſita,materiæ ſunt.hæc quidem,ſi per ſe conſideremus,cõpoſita ex ma

teria,

teria,& forma ſunt.materia quidem ipſis trina dimēſione,forma autē ignea,aut aerea exiſtēte,eodem pacto & in oibus.demōſtratū igitur oēm opificem uirtutem formæ effectricē,& ſi contingit alterius opus,materiā alterius fieri.ſeorſum.niſi aliquis cōmunem in toto aiali naturam cōſideraucrit.quæ cuiuſq; potentiæ opa in unam intētionem.ſ.aialis ſalutē conducit.ſed in ſingula quaq; particula natura opifex nō ut materiam,ſed ut formā ſuum abſoluit munus,ſi igitur & ars,& natura oīs formam aliquā,nō materiam operat̃.Formæ autem oēs,ut,& ipſi concedunt,ex eo,qđ non eſt,in lucem pferuntur,& rurſus in id,qđ non eſt,diſſoluta cōpoſitione abolentur.nihil igitur eorū quæ fiunt,ex eo,qđ eſt,gignitur,neq; rurſus in id,quod eſt,corrumpitur,ſed ex eo,quod non eſt,generatio,& corruptio,prorſus eorum quæ corrumpūtur,in id,quod non eſt,reſolutio eſt.

Quod neq; eſt compoſiti generatio,ſed formæ propriȩ,per accidens vero & cōpoſiti. Cap. XVII.

NOnnulli his rōnibus ſuccūbentes aſſerunt generationē non materiæ non formæ,ſed ex utriſq; compoſiti eſſe.& huius quoq; corruptionē,fieri.n.aſſerunt ex nō compoſito cōpoſitum.Si.n.id,quod generatur,eſt homo,aut bos,aut olea,aut quippiā ſimile.iſtorū autem quodq; ex non cōpoſito compoſitū factum eſt,pſpicuum igit̃ compoſiti generationē eſſe.cōpoſita.n.ſunt,& aialia & plantæ,& eorū quodq;,quæ generantur,compoſita autē ex ſubiecta fiunt materia,& rurſus in ipſam poſtremū reſoluūtur.Quare & generatio ex eo,qđ eſt,& itē in id,quod eſt corruptio.qm̄ utiq; quid & ad hæc,quod maxime manet,demonſtratū eſt.qđ non ſcđm totum ipm compoſitū ex eo,qđ non eſt,in id quod eſt,mutatur,quæ qdem eſt generatio.neq; rurſus ſcđm ipſum totum,ex eo,quod eſt in id,qđ non eſt,quæ eſt corruptio,reſoluitur.nō utiq; ut ppriè compoſiti generatio.Si.n.& compoſitū generari diceret̃,a parte de toto pdicatur,generatio,ut & hoiem a parte ꝙ corpus eſt ambulare dicimus,ſi uero quiſpiam & compoſiti generationē eſſe admitteret,quia & ſimplr cōpoſitio aliqua efficit̃,primū quidē non ex eo,qđ eſt ſolo,quæ eſt materia,ſed,& ex eo,qđ non eſt,quæ eſt forma cōpoſitū gignitur.ſi quidē ex materia & forma compoſitā conſtat.quare item cū in id qđ eſt,tū in id,qđ nō eſt,corrūpuntur.cur igit̃ dimidium abſcindētes ex eo,qđ eſt,compoſitū fieri aſſerunt,& ex eo,quod non eſt fieri nihil.ſi.n.compoſitū,ut factum accipiamus,ex materia & forma cōſtitutum.conſpicit̃.quorū id,quod pcedit compoſitionem materia eſt,qđ uero non antecedit cōpoſitionem,forma eſt.Proinde & generatio partim ex eo,qđ eſt,partim ex eo,qđ non eſt.& corruptio tum in id,qđ eſt,tum in id,qđ non eſt.Secundo.ſi quod generat̃,neq; materia eſt,quippe materia ſcđm ipm ingenerabilis eſt,et expers interitus.neq; forma qdē,quā abſq; generatione,et corruptione,ut aſſerūt,aut eſſe id,aut non eſſe.cōgregatio igit̃ ſolum eſt ſimplicium generatio,& item corruptio ſecretio,ſubſtantiæ autē nulla congregatio,uelut in ſeminū aut lapidum,aut eiuſmod talium cumulo,nō ſubſtantiæ cuiuſdā cumulus exiſtētia eſt,ſed ſolum,ſi ita euenerit,granorū frumenti cōpoſitio,& rōnem Empedoclis uerā eſſe contingit,naturam nullius eſſe,aſſerentē ea.ſed mixtionem ac mutationē miſſibilium.ſed in libris de generatione & corruptione opinionē hanc ſatis Ariſtoteles cōfutauit.ſi igit̃ non cōpoſitio ſolum generatio,neq; qđ gignitur,quatenus compoſitū eſt,ſolum gignitur.ſi uero non ſolū componis eſt generatio,ſed eſt quædā in cōpoſiti generatione,& ſubſtantiæ generatio.in uniuerſo autē compoſito nihil exceptis materia,& forma ſpeculat̃ aliud,neceſſe eſt,aut ſubſtantiæ,quæ eſt forma,aut ſubſtantiæ,quæ eſt materia,aut ſubſtātiæ,quæ ex utriſq; cōſtat,generationē eſſe,ſed materia,neq; generat̃,neq; corrumpit̃,ideo materiæ generatio non eſt.proinde neq; eius,qđ ex utriſq; eſt.ita.n.materia rurſus generaret̃.ſi quidem ex ambabus compoſitum aio,ſecūdum totum ipm,hoc eſt,ſecūdum materiā,& formam gigneretur,relinquit̃ igit̃ ſolius formæ generationem eſſe.Quare efficit̃ quidem congregatio quædā ſimplicium,ac cōpoſitio,lōge autem prius,& ſubſtātiæ,quæ eſt forma,eſt generatio.quia.n.hæc in materia gignit̃,quod per ſe ſubſiſtere minime ualet,& compoſitū gigni contingit.uelut ſi quiſpiā & in ſtatuæ generationem,cōpoſiti eſſe generationē aſſereret.Dico quidem conſtituti ex ære,& eiuſmodi for-

ma.at pcipue talis formæ,quæ in ære eſt,generationẽ eſſe perſpicuũ eſt.quia ipa forma per ſe ſine materia ſubſiſtere nequit.cõtingit & cõpoſitum, ut cõpoſitum fieri. Quare ꝓprie formarum generatio,& in his,quæ tum a natura,tum ab arte facta ſunt.conſequẽter,quia ciuſmodi formæ a materia minime ſeparabiles ſunt,ſimul ſcdm idem,& compoſitũ fieri cõtingit.igitur primũ non eſt compoſiti generatio.his ita per demõſtrationem cõſtitutis, uidelicet quæ proprie generant᷑,ſunt materiales formæ & hæ,ut & ipſi cõcedunt,ex eo,qd᷑ non eſt, ſubſiſtunt, & rurſus in id,quod non eſt,per corruptionem reſolutæ recurrũt.itaq; licet & nobis audacter ipſis cõtradicendo affirmare nihil eoꝝ,quæ gignunt᷑,quatenus ꝓprie gignuntur,ex eo,quod eſt,gigni,neq; eoꝝ,quæ corrumpũtur,nihil,quatenus corrũpuntur,nõ id,quod eſt,reſolutio, ſed ex eo,qd᷑ oĩno non eſt,generatio,& item corruptio in id,qd᷑ penitus non eſt,reſolutio.cuius enim proprie eſt generatio,huius & corruptionẽ eſſe neceſſe eſt.proinde,ſi formæ generatio, huius oĩno & corruptio utiq; erit.falſo igitur confutato uulgato hoc apud Græcos,ut ipſi dicerent,proloquio.omne,qd᷑ fit,ex eo,quod eſt,fieri eum uerũ potius ſit hoc nihil,eoꝝ,quæ generãtur,quatenus generantur ex eo,quod eſt,generari.proinde neq; mundũ,ſi genitus eſt, ex eo,qd᷑ eſt, genitum eſſe neceſſarium eſt.ut quæ id ſequũtur, tãquã fieri non poſſint cauentes ingenerabilem ipſum aſſerere cogamus.

Procli ſucceſſoris Ratio decima.

DEcima.ſingulum mũdo elementoꝝ,ex quibus ipſe conſtat,in proprio exiſtens loco aut manet,aut circulo rotatur,cum in ꝓprio non eſt loco,in illum ꝓficiſci accelerãs. ſi itaq; uniuerſi elemẽta,aut manent,aut circulo uoluuntur,ſiue in loco manet naturali,habẽt ut ſuæ naturæ cõuenit,ſiue circulo mouentur,neq; initium,neq; finẽ motus habent.planũ ꝙ & uniuerſum imutabile eſt,utpote his loca naturalia occupantibus,& his a nullo exordio motis, ac nunq̃ iugi deſituris motione,quãdoquidẽ quæ hic mutant᷑ cum in loco ſunt extraneo,& ex eo in quo ſunt,mota ſuum capeſcere locum ꝓperãt,ſi itaq; elemẽta uniuerſi in ſuis ſunt ſuum capeſcere locum ꝓperant.ſi itaq; elementa uniuerſi in ſuis ſunt locis,& nullum totum in alienũ fertur locũ,neq; deferens ꝓprium uim affert ei,qd᷑ in ſuo eſt loco.uniuerſum imutabile eẽ neceſſe eſt oĩbus ſemper ſcdm naturã ſe habẽtibus totis,tum in eodẽ manẽtibus,tum motis.ideo ſi priuſquã conderetur uniuerſum,in ſuis erant ſingula locis,aut manebãt,aut circulo moue/bant᷑.& ita rurſus uniuerſum erat cõditum,anteq̃ cõderetur,neq; ornatus initiũ habuit, peride prius uniuerſis,ac nunc ſe habẽtibus,ſi uero alienis oĩno erant in locis corpora,quæ mutationis,cum duo principia,quoꝝ unum cõtra naturam,alterum ſcdm naturã,& eo prius ꝙ cõtra naturam id qd᷑ ſcdm naturam & pñtem cum cõtra naturã exiſtit quaſi a natura diſceſſus, quæ ſi nullo pacto extraret,neq; ipm eſſet contra naturã.non.n.cõtra artem eſt,niſi ars ſit.qd᷑ enim contra aliquid exiſtit,cum illud extat cõtra quod eſt ꝑfecto eſt.quare & ſi erãt loci ſecũdum naturam,hæc cum in illis non inſit ambiguum eſt,an & loci naturales ſunt uetuſtiores, infinito tpe,ſi uero non ſunt alii proprii,ꝑfecto neq; alieni erant,in quibus erant,alienũ nãq; proprium ꝓſpicit,ſi uera & tunc illa non in alienis erant,quos occupabũt,locis.quẽadmodũ, & quæ nunc nõ in alienis ſunt,in quibus ſunt,locis,æque & illa,atq; quæ nunc ſcdm naturam ſe habebant,quare ſemp erit mundus,alias cũ alia exiſtant ſcdm naturã his,quæ in ipſo,& cõtra naturam,quatenus igit᷑ mundus eſt,perpetuus eſt.tale uero in ſeipſo ſolum.ſiquidẽ igitur non ſemp eſt,transfiguratum itaq; erit uniuerſum,ſemp uero uniuerſum.& ut illud contra naturam ad id,qd᷑ nunc eſt cõparatum.ita & quod nunc eſt cõtra naturam,eſt ad illud relatum & in illo omnia in propriis,& in hoc locis,alias uero aliis & Empedocles ſapienter ſucceſſiuũ mundum fabricans niſi quod ſæpius ille,nos autem bis.

Quod decimam argumentationem ex duabus falſis propoſitionibus Proclus.compoſuit duos ſyllogiſmos ex duabus connectens propoſitionibus. Cap. I.

IN hac philoſophus duas ꝓpoſitiones falſas ſumpſit,ex quibus rurſus falſo cõceſſo,qd ipſe ſe propoſuit,concluditur.quarũ altera eiuſmodi eſt.quæ in loco inquit ſunt naturali,qa ſcdm naturam

naturam affecta ſunt, imutabilia ſunt: quæ.n. mutantur, cũ in alienis locis exiſtunt, mutãtur. etenim noſtra age mutantur corpora, elementis, e quibus conſtant, in loco cõtra naturam contentis. inferius.n. in ignis, qui in nobis eſt cõtra naturam exiſtẽs, ſurſum cietur, locũ, qui eſt ſibi naturalis, cõſequi appetens. ut ecõtra terreſtre deorſum hinc orit' pugna, & compoſiti partium diſſidiũ, ex quibus ſoſonem cõpoſiti fieri cõtingit. cum elemẽta cõpoſiti in contraria ſerant' loca. hæc itaq; una ſuppoſitio dicta falſa eſt. altera uero eſt, quæ circulo inquit, mouent', neq; initium, neq; finẽ motus habẽt, ex quibus ſuppõnibus duabus duas connectit rõcinationes, quarũ altera huiuſmodi eſt. ſi ſingula inquit, quæq; mundo pars in loco eſt ſcdm naturã, quæ uero in loco ſunt naturali imobilia ſunt. igitur tum mũdi partes hinc ex quibus cõpoſitus eſt mundus, imutabilis erit. altera. ſi quæ circulo inquit, mouent' neq; principiũ, neq; finẽ motus hñt, cœlum autem circulo mouetur, neq; ergo motus eius, principium erit, neque terminus aliquis, decima igitur.ſ. rationum philoſophi uana feretur.

Quod falſum elementa quę ſunt in naturali loco imutabilia eſſe in quo q, qui totius ſecundum naturam locus is & per artis eſt ſecundum naturam. Cap. II.

FAlſum autẽ eſſe hoc, nihil, quod in loco, qui ſibi naturalis eſt, exiſtit, mutari, hinc ꝑſpicuũ eſt, ſi.n. cũcta, quæ mutãtur, in alieno exiſtẽtia mutant' loco, nihil igitur, qd' non in alieno exiſtit loco, mutatur. ſi.n. conſequẽs falſum, & antecedẽs neceſſario. ſi.n. falſum eſt hoc, nihil, quod non eſt in alieno loco non mutari contingit. igit' & quæ non in alieno ſunt loco mutari. igitur falſum id oia, quæ mutant', in alieno loco exiſtentia mutari. ſi itaq; uerum eẽt id, omne igitur qd' non in alieno eſt loco imutabile eſt, omne autẽ qd' nõ in alieno exiſtit loco, id in ſuo & qui eſt ſibi naturalis, exiſtit loco. omne igit' quod in ꝓprio, & ſcdm naturam conſiſtit loco, imutabile eſt. Præterea & cuius totum in loco ſcdm naturam ſit, huius & in toto exiſtentes partes in loco ſunt ſcdm naturam. idem.n. totius, et partis locus eſt, ut et in his, quæ ſupius tractauimus, demõſtratum eſt. omnes itaq; elementoꝝ partes, quæ ſuo inſunt toto, in loco conſiſtentes naturali mutationis erũt expertes. ſed qdem & quæcũq; nunc in locis ſunt contra naturam partes elementoꝝ longo tẽpore, omnes in loca concedere naturalia. nihil.n. in eo, qui eſt cõtra naturam, loco tempore manet infinito, et cum ad ea peruenerint manet. non.n. priuſquã quieſcant in ſuis locis, ex his diſcedunt, et nunc elementoꝝ igitur partes in eo, qui eſt, contra naturam loco, exiſtentes, ꝑfecte aliquando in eũ, qui eſt naturalis, imutabiles erunt. ſi igit' et quæ nunc ſunt elemẽtoꝝ partes in eo, qui naturalis eſt, loco conſiſtẽtes, quia in eo, qui naturalis eſt, ſunt loco, imutabilis ſunt, et quæ ſunt in eo, qui eſt cõtra naturam, loco. cũ aliquando in eum qui eſt ſcdm naturam locũ acceſſerint imutabilia erunt, futurũ ergo erit cum nihil erit trãſmutans, cum autẽ nullum, tranſmutas erit, ois mutatio, et generatio ab uniuerſo auferat'. ſi itaq; hoc, uſq; quo mundus erit, ois fieri nou põt falſum igit' eſt omne, qd' mutatur, in alieno loco exiſtens mutari. ſi id falſum, & in ſuo ac naturali elemẽta conſiſtẽtia loco mutari cõtingit. nõ igitur, quia nunc tuta elemẽta in ſuo ſunt naturali loco, iam ꝓpter hoc immutabilia & ipſa, & mũdum ex ipſis cõſtitutum eſſe neceſſe eſt, quia & partes, quæ ſunt in toto, in naturali ſunt loco, id.n. in rõcinatione accepimus, planum exiſtere ex actione, & hinc aliquis cognoſcere poterit. Si.n. nulla particula, forte quæ terram cõplet, in loco exiſtit naturali, neq; totum, qd' ex ipſis conſtitutum, in loco erit naturali. nihil.n. eſt. totum aliud, ac partes cũctæ. ut.n. terra tota totum, & naturalẽ ſuum occupat locum, ita et partium eius ſingula, quæ toti coniũcta eſt. partẽ totius loci naturalis occupat. Quare ſi totus terræ locus toti terræ naturalis eſt, et pars igit' loci, quã occupat terræ pars, parti naturalis eſt. ſi.n. et non ſecundum ſeipſam, et ut a toto auulſa pars hunc occupat locũ, ac certe ut in toto cõtenta partẽ aliquã totius occupat loci. at cur oportet manifeſta ꝓbare, demonſtrare uolẽtem ſuo toti partes toti annexas ſuum et naturalẽ locũ occupare, eteni in his ipſe Proclus idipſum accurate cognoſcẽs ad uerbum diſſeruit. quæ hic mutant' in alieno ſunt loco ex his in quibus ſunt moti ꝓprium capeſcere feſtinant, & in rectũ mouẽtur cum in ꝓprio non ſunt loco in illum accedere ꝓperantia, et oino in loco ſunt, cũ ſint

corpora,et ſi q̄dem locus alicui contra naturam eſt lōge prius eſt,hoc et qui eſt ei naturalis,digreſſio.n.a natura eſt ꝙ eſt cōtra naturā,quæ niſi extat non utiq; ꝙ cōtra naturā eſſet, qđ.n.cōtra q̄duis exiſtit,ſi illud exiſtat,profecto eſt.ſi igitur ſi oīa quæ ſcđm rectum,mouent̄ , uel elemento℞ partes,uel ex elementis cōſtituta ſunt,hæc autē in alieno ſunt loco,in alieno uero exiſtentia loco,ex ſuo,et naturali digreſſa loco,in alieno ſunt.Eſt igitur et elemētoꝝ partibus propius aliquis,atq; naturalis locus.itē rurſus.ſi in alieno exiſtentia loco ex alieno in ſuum celeriter conātia proficiſci locum,ſcđm rectum mutantur.ignis quidē ſurſum,terra autē deorſum, ſingulum autē ad ſuum totū properat.qđ igitur in ſuo toto exiſtit,in ſuo naturali eſt loco,e qbus igitur Proclus nobis pmiſit,ut diceremus,planū eſt,locum,q totius aquæ eſt,hunc & partis eſſe naturalē.et qui,totius ignis,hunc et partis eſſe naturalē,in quē,et partes,pperant,cum in loco nō naturali extiterint,locum autē totius elemēti ꝓprium,ac naturalē,hunc,et parti naturaliter cōpetere demonſtratū eſt.redeūdum rurſus ad ꝓpoſitum.ſi cōtra naturā eſt aggreſſio ab eo,qđ eſt ſcđm naturam,et eo,qđ eſt contra naturā,ut et ipſe Proclus in his diſſeruit,qđ ſcđm naturam prius eſt.ſi.n.non ſit quod eſt ſcđm naturam,ꝙ cōtra naturam eſt, eſſe nequit. quod enim contra quoduis exiſtens,cum illud extiterit,contra quod eſt,eſſe profecto poteſt. partes igitur elementorum , quæ contra naturam in loco exiſtunt in eo qui eſt ſecundum naturam loco prius erant. Si enim in loco naturali prius non erant,neque quidem nunc in eo,qui eſt contra naturam ſunt.exiſtens enim in loco qui eſt contra eius naturam , diſceſſum ab eo qui eſt ſibi naturalis,ita in eum qui eſt cōtra naturā conceſſit.q̄re prius erat in loco contra naturā q̄ in naturali eſſet loco.ſi uero in loco naturali exiſtēs prius,nūc eſt in loco cōtra naturam,nō itaq; qđ eſt in loco naturale,quia ꝙ ſuæ cōgruus eſt naturæ,mutationis eſt exps , ex loco,nāq; mutatur naturali,in quo prius erat,in locum,in quo nūc eſt,cōtra naturam. nō igit̄ elementa ſcđm totum,ob hoc ipm,quia in loco ſunt ſcđm naturā,minime ad mutatiōis ſuſceptionem idonea eſſe neceſſe eſt.igit̄ neq; omne,quod ex ipſis conſtitutum eſt,mutationis nequaq̄ ſuſceptiuum eſt.qđ quidem in his ex ſuppōne Proclus falſa colligere uiſus eſt . Si enim partes uniuerſi ſcđm naturam imutabiliter non ſe habeāt,neq; utiq; uniuerſum eſſet ſcđm naturam imutabilem.cū.n.id,ex quo cōponit̄ aliquid,mutabile exiſtit,& ipm mutabile erit neceſſario,nō.n.ſi elemēta imutemur,qđ ex ipſis cōſtat,fieri pōt,ut in imutabilitate perſeueret. ſimul uero & per hæc rurſus demōſtratum eſt,& in ſuo toto exiſtētes ſuum,& naturalē habere locum.ſi q̄dem a ſuo digreſſe toto,in locis qui nō ſunt naturales,exiſtunt,qđ autem eſt in loco non naturali,ab eo,qui naturalis eſt,diſceſſit.qđ igitur a ſuo migrauit toto,& ab eo,qui naturalis eſt,loco abſceſſit.quāobrem qđ eſt in ſuo toto,& in eo,qui ſecundum naturam eſt,loco eſt.idem igitur totius & partis naturalis eſt locus.

Quod in proprio & naturali loco elementa manentia ſecundum omnem mutationis formam mutantur. Cap. III.

SVperiorem autē forte rōnem corrigentes Philoſophum percunctari æquum cenſeo. quo inquit pacto,omne qđ mutatur in alieno loco exiſtens mutatur,& hac de cauſa elementa, quæ nunc in naturali ſunt loco,tum ipſa,tum qđ ex ipſis conſtat,imutabile eſſe mutationē uerum aſſerit,quæ eſt ſcđm locum,ut nunq̄ quæ in loco naturali exiſtunt,ab hoc diſcedere,& in eum,qui ſibi cōtra naturam eſt,ꝓficiſci,an ſcđm alterum mutationis genus,forte quæ in ſuo exiſtunt loco,neq; alterationē,neq; accretionem,neq; diminutionē,neq; ortum, neq; interitū ſuſtinent.ſi qđ uis reſponderit,cum rō,tunc ipſa rerum euidētia cum refellet.ſiquidē ſcđm locum inquit,nō mutari,quæ in ſuis exiſtunt locis,ut nūquā ex his in aliena tendant loca.id eni quodāmodo & declarauit dicens.tum.n.in rectū mouent̄,cum in ſuo loco non ſint in illū ire feſtinantia,& per oīa,quæ deinceps de mutatione,quæ eſt per locū diſſerit,nullum erit,qđ ex ſuo loco mutet̄.igitur nunq̄ contra naturā elementa mouebunt̄.id.n.contra eſt,atq; euidentia ꝓbat.etenim gleba,& aqua ui,et cōtra naturam ſurſum ferunt̄,ſuum deſerentia locum. & ignis,ut et fulmina,& coruſcationes ex loco ſuperiori deorſum excuſſa ferunt̄.oīno uero,ſi eſt mutatio,ex loco non naturali,in eū qui naturalis eſt,elementoꝝ longe prius et mutationem q̄

eſt ex loco.qui eſt naturalis,in eum,qui eſt cōtra naturam,eſſe neceſſe eſt,in alieno.n. exiſtens
loco,aut in hoc erat tēpore infinito,aut ex altero loco,& ipſo alieno exiſtente in illum mutatū
eſt,aut ex ſuo,et naturali,ꝑter hæc nihil,aliud eſt ,ſed neq; in alieno loco infinito tēpore aliqd
eſſe contingit,nunq̄ autē in ſuo exiſtens loco.nō eſſe nāq; melius,quā infinito,in loco q cōtra
natura eſt eſſe tēpore.optimum autē natura coniectat,et Deus cūcta bona uoluit eſſe quo ad
potuit,malum nullū.et ſecus.incertum utiq; eſt quod qdem ipſe in his affirmat Proclus , ſi &
naturalis erat ille,in quo nunq̄ fuit,neq; quidē ex alieno loco rurſus in alienū,& ſpēm differē
tem,ut mutaretur,fieri poterat.non.n.oīno ex alieno loco in alienū eſt mutatio.elemētis nāq;
omnibus,his qdem grauibus,his autē leuibus duo,et loci elementoꝝ naturales ſunt,nāq; gra
uium deorſum,aut medium eſt naturalis locus,leuium autē ſurſum,aut circūferētia.ideo oīs
elementoꝝ ſcđm locum mutatio,aut ex loco ſurſum,deorſum,aut ex deorſum,ſurſum effici-
tur.ex deorſum igit̃ ſurſum mutatio,leuiū quidem aeris,& ignis ex alieno,et cōtra naturā lo-
co in ſuum,et naturalem eſt mutatio.Grauium autē terræ,et aquæ ex ſuo et naturali in alienū
& contra naturā locum.ex ſurſum deorſum leuiū ex ſuo in alienum grauiū econtrario. quare
oīs elementoꝝ ſcđm locum mutatio,aut ex ſua in alienū ,aut ex alieno in ſuū,ex alieno in alie-
num,et ſpecie differentē,ut fiat motus,fieri nequit.niſi aliquis in obliquū lapidē ꝓiecerit.ſed
non ex alio in alium,et ſpecie differentem,ſed ex eodem in idem in latus motus fit.aliter ſi ex
alieno in alienū mutatio fieret,rurſus de illo ex quo facta eſt mutatio ratio eadem erit,aut.n.tē
pore infinito erat in ipſo,aut ex alio cōtra naturā,& eodem in illū mutatum eſt.& id in infini-
tum,aut ſi hæc fieri nō poſſunt,neceſſe oīno quæ ſunt in loco cōtra naturam,ex ſuo & natura-
li in illum alligando mutata eſſe.Quare non modo cōtingit,ſed & neceſſe eſt,cum ſit ex alie-
no,in ſuum mutatio,loco,lōge prius & eam quæ eſt ex ſuo,in alienū,eſſe.et cum rōne tum īdu
ctione demōſtratum eſt,neceſſariū eē,cum elemēta natura ſint mutabilia,mutationē ex ipo,
qui ſcđm naturam loco,in locū contra naturā ipſa facere.quare nō iuxta id,quod aliud in ſuo
manet loco,ob hoc nunq̄ idem ex ſuo loco diſcedere cōcedemus.ſi igitur Philoſophus aſſerit,
quæ in naturalibus manēt locis,īmutabilia eſſe ſcđm locum eſſe aſſerit,ut nunq̄ ex ſuo in alie-
num abeant,ita ratione redarguimus.Si uero ſcđm aliud mutationis genus īmutabilia eſſe,q̄
in loco manēt naturali,et ita falſitas euidens eſſet,neq; nō & ſuppoſitio falſa,aqua.n.in ſuo to
to manens calefacta & refrigerata,necnon alias qualitatū ſuſcipiēs formas alteratiōnē ſubiit,
ſed quidē & in halitum reſoluta corrumpit̃,& in aerem mutat̃.et in ſuo toto ſitum cōtrahēs
marceſcens ſexcēta gignit aīalium formas.pariter & aer in loco cōſiſtens naturali non mō ca-
lefactus,aut refrigeratus alterationem patit̃,ſed et corruptus dēſitate in aquā,raritate in ignē
tranſit.necnō putredine affectus cōplures ex aere aīalium abſoluit formas.quid de terra dice-
ret,quæ in ꝓprio manens loco omne alterationis genus recepit,in decem mille plantarum &
metalloꝝ formas transfert̃ ,ſed et ab ipſa uaporationes famoſe factæ eam ſcđm formā mutari
euidentes oſtēdunt.& fulgura,qui dicunt̃ lapides,ſurſum,deorſum delati, mutationes ignis
in loco naturali indicia ſunt.et corpora ex q̄tuor elementis cōſtātia,& in aquis,aut in terra de
gentia corpora,dico qdem animalia,& plantas,& quæ ſubtus terram cūcta conſtituta metal-
la,& quæcunq; generant̃ in aquis in ſuo toto manentia , dico quidem terrā aut aquam.iſtorū
enim in his nō minima copia elementa tota per ſe tota,alterationem,augmētationem,ac dimi
nutionē ſubire euidenter apparent,necnon generationem,et corruptionē.in uniuerſum igit̃
falſum eſt,elemēta in naturali manentia loco īmutabilia eſſe.ecōtrario.n.et in ſuis manētia lo
cis omni mutationis genere mutari demonſtratum eſt.ſed inqt elemētoꝝ partes,& in natura-
bilibus cum cōſiſtunt locis mutari,ipſa autem tota elementa,quādiu in loco cōſiſtunt natura-
li,mutationē ut ſubeant,fieri nō pōt,nullam nāq; mutationem ſcđm ſeipſa tota elementa pa-
ti apparent.ſed qui hoc diſſerit aliud nihil,quā id,qđ in initio petit,et qđ in ambiguitatē poſi
tum,ut ipſi concedat̃,ceſnet , nunc.n.ſi uniuerſum eſt īmutabile,& perpetuum q̄rimus,īmu-
tabile autem ex elementis nullū,ex quibus totū cōſtat,totum ſcđm totum ipm mutari. una.n.
cum elementoꝝ mutationē,ex quibus componit̃,& ex ipſis conſtitutum ſimul mutari neceſ-

ſarium eſt.mundum demonſtrare perpetuum appetenti,unumqdq; elementoꝝ ſcdm ſe totũ nũquã a forma naturali diſcedere demõſtrare opus eſt,,pinde qui ſine rõne,ac demonſtratione cenſet,in uniuerſum elementũ nullum ipm,ex eo,qd naturaliter ſe habeat,in id,qd ſibi ineſt contra naturã mutari,ipm quod in ambiguitate poſitum,petit.ſi eni in uniuerſum uerum erat eoꝝ.quæ ſunt,nullum totũ,neq; totum aliqd,aut partẽ,quæ in eo,qđ ſue conuenit naturæ,exiſtit ſiue loco,ſiue forma diſcedere aliquãdo ab hac,ac in id,qd eſt ſibi contra naturã mutari.forte a ratione nõ abhorret,idem et decora alementoꝝ mole intelligere.ſi uero omnes elementoꝝ partes,et in naturalibus cõſitute locis omni mutationis genere mutantur,unde demõſtrare poſſent,et tota elementa.idem atq; ſue partes,nõ pati.cõtrarium.n.longe puto rõni conſonum eſſe magis,ac neceſſariũ ſuſpicari.Si.n.nulla elemẽti pars eſt imutabilis,quã utiq; quis ipſoꝝ partem ſumeret,hæc generabilis,& corruptibilis eſt,& omni mutationis genere cõuerſa.quo pacto non neceſſitatis euidentia eſt,& nõ diſſimilia de ſingulo elemẽto toto intelligere.qm & in aliis omnibus uidemus partibus tota non diſſimilr affecta,ut.n.aĩalis pars mutatur,cum augeť,aut cum minuiť,aut alterationem patiť,aut ſcdm locum moueť,necnõ efficitur,atq; corrũpitur.ita et totum aĩal eadem ſuſtinet.Superius autẽ demonſtrauimus,neque ad numerum eãdem totã elementoꝝ molem perpetuo pmanere.quomodo nõ rõni cõſentaneum,necnõ neceſſarium totum non diſſimilia cum ſuis ſuſtinere partibus.

Quod non quia non uidetur totum ſcdm totum ipſum mutatum,neq; elementorum nullum,neq; totus mundus,id oſtenſio huius,et omnino immutabilem eſſe mundum & incorruptibilem cõtrarium magis particularum corruptio & generatio huius,& eorum mundum eiuſdem eſſe naturæ demonſtratio eſt. Cap. IIII.

NOn.n.ſi nunc tota ſcdm ſe tota elementa mutari minime uidenť,id huius demonſtratio eſt,ipſam p naturam prorſus imutabilia eſſe.Vnaquæq;.n.res,& ſi paruo tẽpore in natura rerum pſiſtat,quouſq; utiq; ſit,totam ſcdam ſeipſam totam imutabilem eſſe,neceſſe eſt,non modo ſcdm ipm totum,ſed & ſcdm ſuas principes partes,& totum continentes age dixerim,homo eſt.n.ex rebus unum totũ ſcdm totum ipm imutabilis eſt.ſi.n.ſcdm totũ ipm mutaretur,ptinus in id,quod nõ eſt,labereť quidẽ & hæ aĩalis principes partes ſcdm ſe totas immutabiles ſunt.ut cor,& iecur.pulmo,& caput,& ſi quid eiuſmodi.quale.n.iſtoꝝ totũ ipſum mutať,aut ex ſe,pprio digrediens loco,aut ex naturali prorſus ſymmetria,ſtatim & totius aĩalis corruptionem inducit.quid igiť,ſi aliquis eadem argumentatione utatur dicere uetat.ſi quidem hoc aĩal neq; ſcdm totum,ipm tamen mutať,neq; partes principales,quæ ipm cõcinent mutari uideť.& penitus igitur eſt imutabile,& incorruptibile,tum ipm,tũ partium,quas recenſuimus quælibet.Non.n.uidetur quãdiu eſt aĩal ſcdm dictoꝝ modum mutari,ac pſpicuũ eſt,& ſi in animali pars quæq; ſcdm ſe totam quãdiu ſit animal,mutari non aĩaduertatur,ſed partium mutatio,& alteratio generatio,& corruptio nõ minima huius demonſtratio eſt,& totum aliquãdo non diſſimile cum ſuis partibus perpeſſurum.ita igiť & in mundo quouſq; ipſe dum eſt mundus,neq; ipm ſcdm totum ipm mutari,neq; principem eius partẽ aliquã neceſſe eſt.corruptio nãq; totius partis,et uniuerſi neceſſario corruptionẽ efficit.nãq; ex oĩum temperatura et conſonãtia mundus cõſtat,ſed & hic rurſus cuiuſq; ſcdm partes elemẽti mutatio,generatio,& corruptio,et cuiuſq; totius elementi corruptionis,& cuiuſq; cõpoſitoꝝ mũdi euidentẽ demõſtrationem habent.his qui penitus ignari nõ ſunt,et his qui minime ſuam ueritati præferunt eſtimationem.

Neq; quia nulla mutationis ſpecie cœlum mutatur niſi ea quæ eſt ſecũdum locum probatio eſt coniecturalis incorruptibilem eſſe mundum. Cap. V.

SEd neq;,qđ cœleſtia ſcdm locum ſolum mutãtur,ſecũdum nullam aliam mutationis formã id perturbare debet eos,quos iam de mũdi perpetuitate opinio occupauit.accuratã.n.de hoc inquiſitionẽ in his,quæ aduerſus Ariſtotelem cõſcribimus,ſi Deus annuerit,faciemus.

nunc uero tãtum dicemus.quod et in animalium corporibus,partium maxime princeps cor, ex quo uitæ gignitur ſpiritus, et toti impetitur corpori,ſemp mobile eſt mutatione,quæ eſt ſecũdum locum,alterationum,ſcđm alias affectiones non oĩum capax eſt,quãdiu incolume permanet,non.n.diuiſionem,& maxime eam,quæ in uentriculo fit,neq; inflãmationum abſceſſus ſuſtinet,ut medicoꝝ filii docent,ſed iſtoꝝ prius ferme quã quicq̃ in eo eiuſmodi conſiſtat, corruptione ipm deletur,atq; una totum corrumpit corpus,& oportet particulã pcipue cuius ui totum continet,donec utiq; totum,eſſe,et ſeruari opus eſt,ipſam ut fieri põt,in loco naturali,et forma pmanere.ut hoc totum continere poſſit,et particulas itẽ morbo affectas in id, quod ipſis natura congruit,reducere qualis eſt,et mundo cœleſtis pars,cuius motu,oĩaq; itra ipſum ſunt corpora regit atq; gubernat.rõni igitur conſentaneum,et ipm oĩum uniuerſi partium maxime egritudinis,et ſenectus uitio uacarẽ,quãdiu Deus uniuerſum ſaluum eſſe uult. Sed non ppter hoc,et nulli affectioni penitus obnoxium ipm ſcđm naturam,& incorruptibilem ſuſpicari rõnum conſonum.falſum igitur eſſe,cuncta,quæ in loco manent naturali immutabilia eſſe,et hac de cauſa mundum omnem immutabilem et incorruptibilem eſſe,hactenus a nobis demonſtratum ſit.

Quod friuolum eſt quæ circulo mouentur ob hoc,quia in orbem mouentur,neq; moueri incæpiſſe,neq; a motu quieturum. Cap. VI.

DIcere autem quæ circulo uoluũtur,motus neq; initium,neq; finẽ habere, et id exiſtimare quaſi quãdam cõmunem ſniam abſq; demonſtrationis fide neſcio ludẽtis ne,an ſorio agentis ſit,neq;.n.qm̃ motus,qui circulo fit,neq; principiũ,neq; finem capere licet,quia ubiq; circuli particule inter ſe cõnexe ſunt,id oſtenſio eſt,motum,qui mortẽ fit,neq; incepiſſe,neq; deſiturũ unq̃,ſed infinitũ eſſe.nam et circulus ipſe,& ſphæra,ipſum aio corpus ita figuratum principium corporeũ nullum terminatũ,neq; finem habet,quia ubiq;,ut dixi,inter ſe horum partes cõnexe,coniũcteq; ſunt,tamen non ſunt magnitudine infinitæ.Si.n.eſt circulus,et maior,& minor,pariter et ſphæra,et contigit oẽm circulum,et ſphæram a rectilinea contineri figura,planum fieri nõ poſſe,uti extenſione circulus,aut ſphæra ſit infinita.neq;.n.infinito maius,& minus reperiri põt.neq; contineri infinitũ contingit.& ſimile eſt,quod inquit Ariſtoteles cubitũ infinitum dicere,& circulum infinitũ.Figuræ.n.terminate,& cõphenſe explanatiuus eſt circulus,& ſphæra.queadmodum igit non eſt principiũ circuli capere,neq; propter hoc magnitudine circulũ in infinitũ protundi neceſſe eſt.ita neq;,ſi motus circularis non licet determinatũ,unde orditur,principium ſumere,quia principio finis annexus eſt,ex hoc exiſtimare oportet motum oĩno neq; inchoaſſe,neq; deſiturum unq̃.eteni ſi ſphærã arte factã,uerbi gratia arati motam aliqs intelligeret.maximeq; non aiaduertiſſet,quando moueri inchoaſſet,utiq; neq; ipſius motus principiũ,neq; finem dicere poſſit,non ideo motus ipſe principio,& fine uacat.quid igit admirabile,cum in cœleſtibus,tum oĩbus,quæ circulo ferunt,capere non licere,unde eoꝝ motus initium auſpicatus ſit,ut,ſi ita ceciderit,ab oriente,aut ab alio aliquo.inde fit,ut dixi,qa inter ſe undequaq; cõiuncte ſunt partes,& hac de cauſa nullã eẽ,quæ primum motũ inierit,ſed una cunctas tum incipere,tũ deſinere eſſe.quidem tps eſt aliquod a quo motus principiũ,exordium ſumpſit.Si.n.nõ eſſet uniuerſum ingenerabile,cum cœli effectio,& creatio principiũ adepta,initium,uidelicet & huius motus nanciſcet,quãobrem & ſi corrumpetur una cum cœli corruptione,& motũ quieſcere neceſſe eſt.euidens autẽ neceſſitas nulla eſt,motum,qui circulo fit,ppter idipſum quod circulo eſt,neq; eſſe aliquãdo incepiſſe, neq; ceſſaturũ eſſe,ſi uero Ariſtotelis argumẽtis niſi,ſine principio,& abſq; fine eſſe aſſerũt circularem motũ,uidebimus,ſi aliqua illarum rõnum neceſſaria exiſtit cum eo,Deo fauente puenerimus.neceſſitatis.n.nũc,ut illa tractemus nihil cum eiuſmodi in ſuis rationibus Philoſophus nihil protendat.quæremus autem,& ſi rationes aliquæ ſunt,quibus fieri non poſſet, ut circularis motus ſit ppetuus,demõſtremus.nũc uero tñ ſolũ ad argumẽtatiões Procli obiectiones cõficere,pponẽtes,ſola,q̃ ad eius rõnũ abolitionẽ ſpectãt,p uirili parte adiecimus.

Quod reliqua rationis pars nihil negotii habet, potius Platonicam refellit, atque redarguit ſuppoſitionem. Cap. VII.

HVc uſq; quæ in decima argumentatione ueritatis lumini tenebras fundũt, ꝓbabiliter redarguimus, cum autẽ Plato, ex eo, qđ erat, & fluctuãter mouebatur redactum in ordinẽ aſſerat, ac quaſi mundi ſolius ordinis Deum cauſam eſſe ſupponat in ſuppõnibus, quas deinceps Proclus edet, hanc, qđ fieri non poſſit, redarguere nititur, unde diſquiſitionem dictoꝝ ꝓtermitto nulla ex ipſis ueritati noxa illata. ratio uera mũdum ex eo, quod oĩno nõ eſt genitum eſſe ſupponit. ſi igit̃ & aliquis exiſtimet rõni inherens, quæ a Proclo dicunt̃, aliud nihil quam Platonis refellunt ſuppotitionem & planum fit, nõ, quia abſurda ſuppotitio, ideo neq; ipſam a Platone eſſe tactã colligetur. quid.n. ꝓhibet eodẽ modo & ſuppotitionẽ antiquoꝝ omnem abſurda, qm̃ procul a ueritate abeſt, non poſitã eſſe ab antiquis fingi. ita cõtinget mentiri unq̃ neminem, cõfutatum autẽ cum ſit falſum ratiocinãte coꝝ redarguit, quod qm̃ eſt falſum, nec oĩno qui ipſum ſupponit, opinatus eſt. quæ autem deinceps ſequũtur, omitto, illud autem ſolum, ut contemplemur, a ratiõne forte non abhorrent.

Quod & in his alioquin non neceſſariis fallaciam cõmittit Proclus. Cap. VIII.

SI enim ante inquit, mundi geniturã in locis elemẽta erant alienis, ſiquidem ipſis naturalia loca alia competebant, quis ipſa, quæ in alienis erãt, tranſtulit. non.n. ſuæ erãt corpora cauſæ tranſlationis. quare inqt duo principia, unum eius, qđ ſcđm naturam, alterũ eius, qđ cõtra naturam. igitur qm̃ & nunc nõnulla ex his, quæ naturaliter ipſis competũt, in ea, quæ ſunt cõtra naturam, mutãtur loca, ut cum ignis deorſum tẽdit, aut aqua ſurſum, ſuæ tranſlationis, cũ ſit corpora cauſæ non ſunt, & nũc principia ut ſupponantur duo, neceſſarium eſt. unum qdẽ, ut corpora in id, qđ cõtra naturã eſt, traducat, alterum uero poſitionis naturalis ipſis eſſe cauſam, & reditionis ex loco, qui eſt contra coꝝ naturam, ad locũ, qui naturaliter cõgruit his, quæ a loco naturali declinarũt ac ceciderunt, nullã aũt rõnem hanc, neceſſitatem cõtinere mihi uidetur, quod.n. in aliis, qđ fauente Deo dictum ſit, eius, quod ſcđm naturã, & eius, qđ eſt cõtra naturam ſuſceptiua demonſtrabimus, non quia a uirtutibus oppoſitis ad oppoſita feruntur, ſed qm̃ ad id, quod naturale eſt a. naturali, & a. uerum potentia conſeruatiue, & huius priuatione in id, qđ eſt contra naturam in ꝑceps labunt̃. priuatio uero rebus euenit, eo quia eſt uirtus terminata. qm̃ & auriga, & gubernator ſalutis, & interitus ſubiectoꝝ cauſæ ſunt, ille quidẽ currus, hic autem nauis, ſalutis quidẽ per ſe, interitus autẽ per accidens. artificũ.n. uirtus, quia finita, imbecillis, ac debilis eſt, ſi quod cõſeruat, abſens ſit, in oppoſitã corruptionẽ transferri contingit, quæ erant a potentia prius conſeruata. deinceps ad hæc Proclus probans eo, qđ cõtra naturam, id, ꝙ eſt ſcđm naturam prius eſt, hæc infert, quare ſi & erant loci naturales, cum hæc in illis nõ ſint ambiguũ, ſi loca infinita uetuſtate priora ſint naturalia Proclus repugnãtia contexuit. ſuperius.n. dixerat. ſiquidẽ alia exiſtant ſcđm naturã ipſis, quis ipſam in alienã trãſpoſuit. Et hoc quaſi abſurdũ ſequens inducens, alterũ eſſe principium qđ in aliena trãſponit. hic inquit. ſi erãt loci ſcđm naturam, cum hæc in illis nõ ſint, incertũ an loci naturales ſunt uetuſtiores, tẽpore infinito. ſi igitur infinito tẽpore in locis erant nõ naturalibus, & nũquã in naturalibus fuerunt, nõ traducta ſunt. uidelicet ex eo, quod ſibi naturaliter cõpetit, ad id, qđ ſuæ aduerſatur naturæ, quare cauſa, quæ trãſponeret. quo igitur pacto inquit alterum principium eſſe oportere traductionis ab eo, qđ ſibi naturaliter congruit, ad id, quod ſuæ naturæ cõtrarium, eoꝝ, quæ nullo pacto trãſpoſita ſunt. Si uero rurſus, quia ſunt in loco contra naturã neceſſariũ eſſe putat Philoſophus, quãdam aliam eſſe cauſam ipſoꝝ tranſpoſitionis in locum ſuæ naturæ repugnãtem. uidelicet ex loco naturali, in eum, qui eſt ſuæ naturæ cõtrarius. ſi uero trãſpoſita ſunt in loca non ſibi natura congrua erant. ſ. prius in locis naturalibus, anteq̃ eſſent trãſpoſita. igitur non infinito tẽpore in locis ſuæ naturæ aduerſantibus erãt. Quare nõ incertum, ſi ſcđm naturam ipſis illi erant loci, ex quibus in loca ſibi non naturalia mutata ſunt, in id.n. quod eſt contra naturã mutatio ex eo, ut dudum demonſtrauimus, qđ ſcđm naturam

eſt, prorſus efficitur. igit' cum ſint duo abſurda, alterum ſolũ, ſi quidem ſequi neceſſe eſt. non ambo, ut cõcluſit Philoſophus. uel, cũ.n. cũq; in locis contra naturam tẽpore infinito elementa exiſtãt incertum, ſi & alia naturalia habẽt loca, & non amplius duo principia, uel ſiquidem duo principia, hoc quidem eius, qđ eſt ſcđm naturam, hoc uero eius, quod eſt contra naturã, non incertum, ſi erant ipſis altera loca ſecundum naturam.

Procli ſucceſſoris Ratio Vndecima.

VNdecima, gratia uniuerſi materiã eſſe aſſerit, generationis nãq; ſuſceptricem eſſe, cuius gratia materiæ eſſe, non aliud quid eſt, quã generatio, ſiquidem igitur ex nihilo materia, fortuito gratia huius utiq; eſt. & quid editũ eſt, fortuito habet materiã, nullum autẽ eoꝝ, quæ fortuna cõſtant, neceſſariũ eſt. quare neq; effectionẽ habere firmam, atq; certã aſſeremus. ſi uero ex aliqua cauſa grã huius, & generationis materia, neceſſe uiciſſim iter ſe hæc materia, & generatio habeant. eteni gratia huius, & cuius grã uiciſſim inter ſe referunt'. ſi igit' materia ppetua, & quatenus materia, grã huius eſt et generatio perpetua. etenim & hanc cuius grã, quatenus generatio eſt, neceſſe eſt. ſimul igit' uiciſſim ſempiterno tẽpore ſunt materia & generatio, ut cuius grã, & gratia huius. alicuius.n. eſt materia, quæ in ipſa eſt, formæ: etenim aliqua materia, tũc materia eſt, cum ſit & forma. quare artifices bene ad opus idoneã efficiunt, quæ nõdum materia eſt, & inquãtum in effectione materiæ incidunt, intãtum eſt formæ acceſſio. nõ enim lapides formæ domus ante materia, quã poliant', ſi contingerit, & cõmode, ac cõcine appoſiti ſint, ſed cum hãc cõcinitatem acceperint. cum igit', ut uere materia affecti ſunt, tunc tẽporis puncto iam forma ꝓſto adeſt. ſi itaq; & ſimpliciter materia oĩno omnis generationis eſt materia, & eſt potẽtia omnia & nihil ei deeſt, ut ſit materia, quẽadmodum alicui.q. ſimpſr.n. ubiq; huiuſmodi, & primũ nullo, ut ſit, quod eſt, indigens, ſimul ſunt, & cũcte in ipſa formæ. nullo.n. indigẽs, ut ſit materia, ut formas habeat, nullo indiget, quare ab eo, a quo eſt, formas, quarum materia eſt, habet. ingenerabilis uero eſt, & incorruptibilis, ut ne alia indigeat materia, materia ſimpliciter exiſtẽs. ſunt igit' & formæ in ipſa ab æterno, & mũdus. materia.n. erat ornatus, & non inornatus, & erat ornatus gratia, & non inornatus. etenim aliqua materia non priuationis, ſed formæ gratia eſt. quare a quo mundi materia, & mundus eſt.

Quo pacto Pythagorici, & Platonici ac Stoici de materia opinati ſunt, in quo q, materia nunquam eſt nuda formis. Cap. I.

QVoniam hic a Philoſopho ratio de materia mota eſt, & ex hac perpetuum eſſe mundum ipſe ꝓbare nititur, rationi cõgruum exiſtimo ante propoſitæ argumẽtationis diſceptationem, parũ quid digrediẽs cõſiderare, quæ eſt oĩbus in cõmuni ſubiecta naturalibus materia, quod & ante, me facturũ, cũ ad hoc caput acceſſiſſem, pollicitus ſum. Plato igitur & ex antiquis, qui maxime doctrina illuſtres fuerũt, materiã eſſe incorporeã, ac informẽ enũtiarũt, non pauci uero ipſam quoq; æternã eſſe poſuerunt a generatione omni & corruptione ac mutatione prorſus imunem, ac liberã. huic quidem informi & incorporeæ materiæ quãtitatẽ aſſerunt primũ inſertã, trinam dimẽſionẽ efficere. quæ eſt qualitatis expers, & ſimpliciter dicit' corpus, huius quidẽ ſimplicis corporis primũ diſcrimen eſſe magnũ, & paruũ ſuppoſuerunt, ipm enim corpus per ſe ſolis tribus definitũ dimẽſionibus, molem eſſe quãdam interminatã, parui uero & magni differẽtia definiri. ut.n. animalis natura, aĩato, & ſenſitiuo definita, ipſa quidem ꝓpria naturæ ratione a rationalis & irrõnalis differẽtia altera eſt. fieri qdẽ nequit, ut animal abſq; ꝓpriarum differentiarũ aliqua ſubſiſtere ualeat. Genera.n. ipſa uniuerſalia ꝑ ſe minime ſubſiſtunt, dico quidẽ naturalia, & quæ in multis eſſe habẽt, ſed cũ aliqua oĩno forma ſpectantur. non.n. eſt aĩal ipſum per ſe, quod aut rationis expers, aut ratione carens oĩno non eſt. ſed neq; uero ipm animal quod ratione caret ſubſiſtere ualet, quod nõ oĩno, aut equus, aut canis, aut reliquoꝝ quippiã eſt. eadem & in omnibus ratio. etenim eorum, quæ ad aliquid, hæc ſunt. ſi enim ſublatũ ſit genus, & ſpecies prorſus auferunt', ſublatiſq; ſpeciebus, & tolli una ge

nus neceſſarium eſt.ut igitur animal, fieri non pōt, ut ſeparatim ab aliqua ſuarum differentiarum, ſubſiſtat.ita quidem & ſimplicis corporis natura, tribus ut dixi dimēſionib⁹ definit̄, ipſa ſcd̄m ſeipſa a magni, & praui differentia altera exiſtit.ea autem, ut ſine earum differentiarum aliqua, exiſtētiam habeat, haud quaq̄ eſſe pōt. Huic quidem deinceps corpori qualitatis expti ſuperueniens qualitas, elementoꝝ naturam abſoluit. Caliditate.n.ei, & ſiccitate inſuper accedētibus ignis efficitur. caliditate, & humiditate, aer. humiditate & frigiditate, aq̄. frigiditate, et ſiccitate, terra. eiuſmodi ordine, in ſuppoſitione uidelicet intellectione, percepto in naturæ rerum, quēadmodum ſe habeant ſpeculationem. nūquā.n. rationi cōſonum eſt, ſuſpicari, ſubiectum a formis, aut qualitatibus exutum, ac nudū eē. una.n. a Deo materia ueſtita formis ꝑducitur. qualis ꝑfecto eſt. materia.n. & forma ad aliquid. ſi quidē illa gratia huius, hæc uero cui⁹ gratia. quēadmodum & in his Proclus diſſeruit, quæ autē ad aliquid uiciſſim ſe cōſtituunt, ac perimunt nō itaq; a formis materiā ſeorſum eſſe, nec abſq; materiā formas eſſe cōtingit. ex his quidē elementis quatuor cōgredientibus, ac inter ſe inſertis cōpoſita gignunt̄ corpora. Primā igitur materiā, & ſimpl'r eſſe materiā aſſerunt incorpoream illā, & informē, deinde trinam dimēſionē, & corpus qualitatis expers, qd' & ſcd̄m poſt materiā, aſſerūt ſubiectū. tertio uero. et proximū magis elemēta quatuor. hæc.n. non ſimpliciter materiā, ſed ad aliquid. ad ea.n. quæ ex ipſis per generationem, ꝑficiſcunt̄. quoniā & ex his conſtituta ad alia cōficiunt̄ materia. ut ſemen, & ſanguis menſtruus aīalis materia. ita igitur Pythagorici, & Platonici necnon nōnulli Stoicoꝝ in materia dimēſionem trinā eſſe ſuppoſuerunt. de materia igitur ab his, qui maxime probātur, ut breuiter dixerim, dicta hæc ſunt.

Quibus rationibus probant, q, vna eſt & eadem omnibus naturalibus ſubiecta materia & ꝙ informis eſt ipſa & immutabilis. Cap. II.

Eſſe autem ipm idem unum aliquid, & cōmune omnibus formis naturalibus ſubiectum, ac materiam imutabilemq; ipm eſſe, & incorporeū, eiuſmodi rōnibus confirmant, omnia corpora naturalia, tum elemēta, tū ex his cōſtituta mutuo inter ſe mutari ſpectamus, fieri aūt non poterat, ut omnia inter ſe mutarentur, niſi unum, & ipſum imutabilem in his, quæ mutātur, maneat, & formas ſcd̄m quas mutatio efficitur, ſucceſſiue ſingulam quāq; recipiat. Quod autem dico exemplo planius faciā. ſit aliqua ænea ſtatua, & equus ſi uis, & canis, & bos, & ſimpliciter dixerim, quæcunq; ex ære fieri poſſunt. nulli quidē dubiū, dictorum, quin quodlibet in oīa reliqua mutari poſſit. ſtatua.n. ænea ab artifice utiq; mutari poterit, trāſformata ī equū æneum, & canē & reliqua, pariter autem & alioꝝ ſingulum in cuncta reliqua trāſformari poſſunt. non utiq; unquā in equum lignium ſtatua ænea mutari poterit, aut in aliud quippiam, q̄ non ſunt ſimilis materiæ, ut in domum, aut in nauem, aut ueſtem. cuius gr̄a, quia ꝓdictis una aliqua æris materia ſubſternitur, ſtatuæ autem æneæ, & domui, & naui nō itē eadem ſubſtracta materia eſt. mutari utiq; nāq; poterit. nauis in lectum, & ianuā, & in quæ, ex lignis cōſtāt. & domus in theatrū, ſi contingerit, & in ea, quæ ex lapidibus cōſtruunt̄, eo quod ſubiectum; & materia cōmunis dictoꝝ oium manet imutabilis. lecti quidem, ſi cōtingerit, & nauis ligna. theatri uero, et domus lapides, nō amplius in ueſtem domū mutari cōtingit. materia enim domus, & ueſtis differēs eſt. nullum igit̄ in aliquod alterū mutari poterit, niſi una, & eadē utriſque ſubiiciatur materia. Quēadmodum igitur hic in artificialibus q̄cūq; unius materiæ ſunt, ut ex ære opera, quia una, & eadem materia ipſis ſubiicit̄ æris, oīa inter ſe mutuo mutari poſſunt, ære ipſo in illoꝝ mutatione in imutabilitate permanēte ſuæ ꝓpria naturæ rōne, quæ uero non uniuſmodi ſunt materiæ, mutuo inter ſe mutari non ualent, ita quidē, niſi una aliqua cunctis corporibus naturalibus materia ſubiiciatur ac imutabilis eadem permanēs, non ſane corpora oīa naturalia uiciſſim inter ſe mutari poſſent. unam itaq; & cōmunem oium naturalium corpoꝝ materiā eſſe neceſſe eſt. & quēadmodum ipm æs per ſe uacās figura eſt, nullā figurarū, quas recepit, habet, quæ ſuā compleat, ac perficiat naturā. ita certe & materiā cōmuniter oībus naturalibus corporibus ſubiectā ab oib⁹ naturalibus formis, quarum ſuſceptrix

eſt,

eſt, alteram eſſe neceſſe eſt. quod autem ab omni forma eſt alterum, id informē eſſe eſt neceſſa
rium. quare & informē eſſe cōmunem oīum materiā ex dictis demōſtratum eſt. Oportet autē
& īmortalem ipſam eſſe, ut dictum eſt, ut poſſint quæ mutant̄ circa aliquod, qd' idem manet,
mutuā ſubire mutationem. ſi. n. nihil in corpoꝝ mutua inter ſe mutatione īmutabile omnino
remāſit a tranſmutante ſcd̄m totum ipm̄ in id, quod nō eſt, corruptum. rerū autē nulla in alte-
ram quāpiam mutata eſt. rationis igitur, quibus unā quādā, & cōem corporibus naturalibus
materiā ſubiici cōfirmant, & hāc informē eſſe, ac īmutabilem, tales ſunt.

*Quod quibus rationibus demonſtratur, q̄ eſt vna cōmunis omnium materia iiſdem ipſis demonſtratur q̄
non eſt diuulgata incorporea, & informis materia, ſed abſq; qualitate corpus, q̄ ἄποιον ab
ipſis dicitur, iſtud eſt vltimum ſubiectum & prima materia.* Cap. III.

FOrte utiq; aliquis his ipſis rōnibus cōmotus primam materiam incorporeā, ac informem
non eſſe demonſtrare poſſet. in mutua. n. corporum mutatione trina dimenſio īmutabilis
manens conſpicit̄. aqua. n. in aerem mutata, nō quatenus corpus eſt, mutat̄. manet. n. trina di
menſio aquæ ſubiecta, quatenus eiuſmodi eſt, īmutabilis. & in aerē mutata aqua. nō. n. ex non
trina dimēſione trinam editam cōſpicimus dimēſionem, neq; ex trina dimēſione non trifariā
dimenſum. non. n. corpus aliquādo mutatum, non corpus factū eſt. neq; rurſus qd' prius non
corpus erat, factū eſt corpus. Quare trina dimenſio, & oīno corpus, quatenus corpus eſt, īmu
tabile eſt. ſi igit̄ aliquis ex trina dimēſione, ideſt ex ſimpl̄r corpore in nō trinam dimenſionē,
ideſt in nō ſimpliciter corpus mutationem aliquādo fieri demōſtrare poſſet, cōcederemus eē
aliquod, et trine dimenſioni ſubiectū, circa qd' īmutabile trine dimenſionis, hoc eſt corporis,
qualitatis expertis in nō eiuſmodi, mutatio fit. et id planū eſt incorporeū eſſe. ſubiectū. n. ali-
cui, alterum eſt ab eo, cui ſubiicit̄, ut æs a tali eſt aliud, figura. igit̄ et trine dimenſioni, hoc eſt
corpori, quatenus corpus eſt, in corporeū ſubiectū erit nō corpus. ſi uero neq; ex corpore ali-
quādo, in nō eſſe aliqd' corpus, mutatum eſt, neq; ex non corpore corpus editū eſt. nihil. n. un-
quā, quod nō eſt trina dimēſio, genitum eſt trina dimēſio. neq; rurſus quadrifariā dimenſum
eſt, in nō eſſe trinam dimēſionem mutatum eſt. ſed qd' trifariam dimēſum, & oīno corpus, q̄-
tenus corpus eſt, īmutabile manet īmutua inter ſe elementoꝝ mutatione. quæ amplius relin-
quitur ratio demonſtrās trine dimenſioni incorporeā aliquam materiā ſubiici. ex mutatione
nāq; corpoꝝ qualitate p̄ditorū oportere ipſis ſubiici aliquod īmutabile, quod alterū ſit ab ip-
ſis, demonſtratum eſt. trina igitur dimenſione ideſt corpore qualitate exuto, ut corpus eſt, nō
mutato, ſed aut ſcd̄m quod finitum eſt ſecundū magnitudinē, aut paruitatē, cum ſæpe corpo-
rum facta ſit mutatio, quæ amplius neceſſitas ſupereſt, qua ꝑfecto aliqs rōcinari poſſit, hoc,
& trine dimēſioni alterum quid ſubiici in corporeum, & non idem eſſe primū oīum ſubiectū,
& ſimpl̄r materiam, ut & Stoici recte cenſere. ſimpl̄r autem dico materiā, & ſimpl̄r corpus nō
uniuerſale & non, quale genus & in natura ſola notione, ac rōne contēplationis cōſtitutū. ſed
quod in ſubſtātiam, & pars iam cōpoſiti uidelicet elemētum factū, ꝓpria quidē ratiōe, omni
priuatum qualitate, quarū ſubinde ſucceſſiue eſt ſuſceptiuū, id igit̄ dico ſimpliciter corpus tri
bus definitū dimēſionib⁹, qm̄ neq; calidū eſt ipm̄ p̄ ſe, neq; frigidū, neq; graue, neq; leue, neq;
decerni rōnū eiuſmodi aliquā ſecundū ꝓpriam ſuæ naturæ rōnē, recipit, ut corpus graue, aut
corpus calidum dicat̄. ita igitur a me paſſim ſimpl̄r corpus intelligat̄. Si igitur eiuſmodi cor-
pus corruptis elementis īmutabile manens uidemus, id eſſe uidet̄ naturaliū ſubiectoꝝ quoq;
primū, & prima materia. non. n. qm̄ corporum, quæ qualitatibus imbuta ſunt, quodq; e ſubie
cto, & forma conſtat, iam ꝓpter hoc & corpus qd' qualitate uacat, imbutis qualitate, quatenus
qualitatem hn̄t, & ſubiectum eſt compoſitū eſſe e ſubiecto, & forma neceſſe eſt. neq; enim cor
poꝝ, quæ ueſtita qualitatibus ſunt, ſingulū, q̄tenus corpus eſt, e ſubiecto eſt, & forma, ſed qua
tenus tale corpus eſt, & qualitate indutū calidum, ſi contingerit, aut frigidum, aut graue, aut le
ue. His. n. oībus corpus qualitate imbutū ſubiicitur. corpoꝝ igitur qualitatibus p̄dictoꝝ ſin-
gulum eſt e ſubiecto, trina dimēſione, ideſt corpore qualitate uacāte. forma autem ignis forte,

aut aeris, aut cuiuſdã alterius. ut igitur forma nõ ex ſubiecto, & forma cõponitur. ita neq; ſimpliciter corpus, qđ omnibus naturalibus formis ſubſternit̃, e ſubiecto, & forma compoſitum erit. ſed eſt idem ſubiectum omnibus, & ſimplex.

In contrarium defenſio, q, corpus qualitatis expers, q, ἄποιον dicunt, non eſt imutabile ut eiuſmodi eſt, eo q, ex paruo efficitur magnum & ex magno paruum, & huius redargutio q, non vt corpus eſt mutatur, ſed ſecũdum quantitatem, in quo q, non idem magnum aliquod eſſe dicere vel paruũ vel trifariam dimẽſum eſſe, vel omnino corpus. Cap. IIII.

PErſpicuum igitur ex ipſa, puto, rerum actione eſſe, nullam in mutua inter ſe rerum mutatione corpus, quatenus corpus eſt mutationẽ, aut alterationem ſubſtinere ideſt ab eo q̃ eſt corpus cõmoueri, id. n. eſt quatenus corpus eſt, mutari. qm̃ nonnulli & corpus quatenus corpus eſt, mutari ideſt trinam dimenſionem, ut eiuſmodi eſt ꝓbare nitunt̃, ut ita pro uiribus, & corpori materiam quãdam ſubſterni incorporeã demonſtrent, neceſſariũ puto & iſtorum rationes exponẽtem ſpeculari. aſſerunt. n. eodem manẽte ſubiecto, neq; acceſſione facta, neque detractione ex minoribus maiora effici corpora, & rurſus ex maioribus in minorem contrahi molẽ. cadi uidelicet, & utres muſto pleni rũpuntur, ſi, cum pleni extiterint, nõ expirãt, muſto nãq; in ſpiritum mutato, & habente maiorem molẽ ſpiritu, cum in ipm̃ muſti ſubſtantia conuerſa eſt, neq; unde ſpiritus in aerem depromat̃, habeat, imoderate a multitudine ſpiritus extenſi utres, & cadi rumpũtur, quod quidẽ contingit, & in ſaccis admodũ ſaliẽtibus, aut eiuſmodi quibuſdã aliis fieri. nõ. n. ſpiritus ſimpliciter ruptionis cauſa eſt, neq; utres inflati, cum ſint ſpiritu pleni, rumpũtur, ſed in maiorem molẽ muſti mutatio. amplius euidentiorem utiq; aliquis uidere poterit ex minori corpore in maius mutationem, & ſub ipm̃ ueniẽtem aſpectũ. inque aquis uaporẽ emittẽtibus, pauca. n. abſumpta aqua multus quidẽ apparet editus uapor; præterea & in lignis cõbuſtis. minima. n. lignoꝝ combuſtionẽ ſubſtãtia mutata plurimus, & late ſe fundẽs fumus euidenter apparet. & nobis edentibus nõ raro non modicus repẽte circa uentriculũ apparet tumor, cum uero cibi diſſoluti fuerint in uaporem, tanq̃ in maiorẽ mutati molem, ac maiore indigentes loco in uentriculo diſtenſione efficiũt. rurſus & ex maiori idẽtidem tumorem in minorẽ mutãtur corpora, cum in grauiora leuiora mutant̃. Plurimus. n. aer condenſatus in minimã aquæ cadit magnitudinem. ut eni pauca aqua in plurimũ mutata cõſpicitur aerem, ita neceſſe & magnam quãdam aeris magnitudinem in ſeipm̃ cõdenſati, & cõſidẽtem in minorem aquæ mutari magnitudinẽ, ſi neq; accedente additiõe ex paruo quidam efficitur magnum, neq; rurſus ablatione, ex magna paruum. uidet̃ igitur & trinam dimenſionem oriri, ac interire, ſi autẽ id, & ipſi materiam incorporeã ſubiici neceſſe eſt, eo quod cũcta, quæ mutant̃ in cõmuni, ut demõſtratum eſt, aliquo ſubiecto mutant̃. hæc igit̃ utiq; diſſerere aliquis poſſet, in patrociniũ huius & materiam trine dimenſioni, incorporeã ſubiici, & ipſam nõ eſſe primam corpoꝝ materiam. at nos iam potẽtia & hanc diluimus ambiguitatẽ. diximus enim magnũ, & paruum primam eſſe corporis differentiam. quẽadmodum igitur, neq; graui in leuem mutatio, neq; ex calido in frigidũ, corporis ut corpus eſt, mutationem efficit. ita neq; ex paruo in magnũ, neq; ex magno in paruũ, corporis quatenus corpus eſt generatio, & corruptio eſt. qm̃ neq; ex non corpore corpus augmentatio efficit, ſed natura corporis, ut corpus eſt in imutabilitate perſeuerante ſolum quanto augmẽtum mutatio addit. eodem igit̃ modo, & ſi corrupta aqua generato aere in maiorẽ attollitur molẽ, quatenus quidẽ ex aqua aer redditus eſt, aquæ quidẽ corruptio eſt, aeris uero generatio, quatenus uero non ex incorporeo corpus effectũ eſt, neq; ex corpore in corporeũ, ſed ratio corporis abſoluta affectionib⁹, & libera manſit, tum ante aquæ corruptionẽ, tum in ipſa corruptione, tũ poſt corruptionẽ, nemini dubium corpus, ut corpus eſt, neq; corruptũ, neq; genitum eſſe, ſed ſola mutatum quantitate, ex paruo magnũ effectum. quẽadmodum & ſcđm qualitatem ex frigido calidum, & ex graui leue. Omnis. n. mutatio eſt abſceſſio eius, in quo fit. album. n. ſi ſcđm quod album eſt, mutaret̃, & eſſe album penitus aboleretur. & aĩal, ſi ſcđm quod animal eſt, mutaretur, ab eo, eſſe animal

recedit.& eadem in oĩbus ratio.abſceſſio enim aliqua,res omnis mutatio exiſtit huius,ſecũdũ quod efficitur.igitur,ſi & corpus eſt mutatum,diſcederet ab eo,quod eſt eſſe corpus. quare & ex paruo in magnũ mutatio,aut ecõtrario ex magno in paruũ,ſi corpori,ut corpus eſt, mutatio extitiſſet,non amplius eſſet corpus ex paruo magnum factum,aut ex magno paruum, ſed nulla mutatio ex nõ corpore corpus efficit,aut ex corpore non corpus.nullam igiť mutationẽ in his,quæ mutanť,corporis ſubſtantia,ut corpus eſt, ſuſtinet.ſi enim corpus definitur triplici eſſe dimenſione,mutatũ autẽ corpus,ut corpus eſt,trina utiq; dimenſio quatenus eiuſmodi eſt,mutata eſt,nõ amplius igiť trina remanet dimenſio,ſed aut omnes,aut dimẽſionũ aliquas corrumpit.Si igitur in omni mutatione trina dimẽſio,quod idẽ dictum eſt.corpus.eodẽ modo ſe habens manet.nullam alterationem,ut eiuſmodi eſt,ſuſtinens,pſpicuum eſt oĩno immutabile eſſe,parui autem & magni mutatio penes corporis quãtitatẽ,mutatio eſt.ut igitur & ex calido in frigidum,& ex humido in ſiccum,aut ecõtrario mutatio corporis penes qualitatem eſt,ut igiť ſecundũ hæc mutatio ideſt ſecũdum qualitatem,nõ ſimpliciter corporis quatenus eiuſmodi eſt,mutationẽ facit.ita neq; ſcđm magnum & paruũ mutatio ſcđm quãtitatem corporis,ut corpus eſt,mutationem operať.extendit.n.ſolum,aut contrahit corporis dimenſiones.nõ quidem corruptionẽ corporis,ut corpus eſt,aut generationem efficit.et ſecus.magnũ, & paruum,ut tale eſt,a trina dimẽſione eſt alterũ.quod.n.non idem eſt magno eſſe alicui,aut paruo,& triſariã dimenſo eſſe,hinc planũ eſt.magnum & paruũ eoꝝ,quæ ad aliquid ſunt.nihil enim eſt ipm ſecũdum ſeipm magnum quid,aut paruũ,ſed ad alterius cõparationem magnum quippiã eſſe,& paruum diciť,unde cõtingit idem tum magnũ,tum paruũ eẽ ad aliud, & aliud cõparatum.Fabam.n.ſi contingerit magnam dices ad ſinapi cõparans, paruam uero ad pomũ.at & olympus mons,ut ad imetum magnus,ut ad omnem terrã paruus,& ipſa terra,ut ad totũ mũdum parua eſt,ac fere nihil.ſi quidẽ ad uniuerſum puncti & centri inſtar eſt. trina autẽ dimenſio,ut eiuſmodi eſt,eoꝝ,quæ ad aliquid minime eſt,nõ.n.in cõparatione ad aliud,quæ triſariam dimẽſa ſunt corpora,ſed ipſa in ſeipſa abſolute ſingula eſt.ſi igiť magnũ, & paruum coꝝ,quæ ad aliquid ſunt.nullũ triſariã dimenſum,ut huiuſmodi,eoꝝ,quæ ad aliquid ſunt.nõ igitur idem eſt magno eſſe,aut paruo,& triſariã dimenſo eſſe nihil,qđ non eſſet magnum,tripliciter dimẽſum extitiſſet.Item ſi idẽ erat paruo eſſe,& trine dimẽſioni.nihil,qđ non paruũ extitit,triſariam dimẽſum erat.ſi igitur cõtingit,& nõ eſſe quippiã paruũ,& tribus diſtantiis eſſe dimẽſum,trina igiť dimenſio,ut eiuſmodi eſt,a magno,& paruo alia eſt . Præterea magnũ,& paruũ,quã triſariam dimẽſum latius eſt.etenim linea,et ſupficies magna,aut parua eſſe diciť,quarum qdem ſuperficies duabus conſtat dimẽſionibus linea in unã dimenſionem reponitur.ſi igitur magnũ,et paruum in linea,et ſupficie exiſtit.nullũ autẽ triſariã dimenſum linea eſt,aut ſuperficies,nullum igiť tribus cõſtans dimenſionibꝰ,ut tale eſt,magnũ, aut paruum eſt.Præterea,ſi magnum,& paruum diſcrepãt inter ſe,ut eiuſmodi eſt utrũq;,nullum autẽ eius modo triſariã dimẽſum,a nullo trino dimenſo,ut eiuſmodi eſt,differt,nõ igitur trina dimẽſio,ut eiuſmodi eſt,magno,& paruo,idẽ eſt.ſi igitur nulli idem eſt magno eſſe, aut paruo,& trine dimẽſioni eſſe.nõ igiť ex paruo,in magnum mutatio,aut econtrario ex magno in paruum,trine dimẽſionis,ut eiuſmodi exiſtit,mutationẽ efficit.nihil.n.neq; mutatum neq; minus effectũ trina dimẽſio,& corpus ex magno,paruum factũ,aut ecõtrario.& priuſq̃ mutaretur,& poſtq̃ mutatum eſt.quare corpus,ut corpus eſt imutabile in magni,& parui mutatione manet.quemadmodum igitur & in ea,quæ eſt in qualitate,alteratione,corporis ratiõe, qđ mutatur,nullam mutationem ſuſtinet,ut non raro dictum eſt.

Quod fieri non ut accidentia ſint corporum elementa. quare ex ipſis, & materia ſunt compoſita corpora. Cap. V.

FOrte rurſus,& id in dubitatione cadere poſſet,quia inter ſe pdicamenta decem ſunt ſegregata,& a ſubſtãtia alterum eſt quãtum.trina autẽ dimẽſio ipſa per ſe quanti eſt.corpus uero ſubſtantia eſt.ideo trina dimẽſio ipſa per ſe nõ eſt corpus.qm̃ quãtum eſt, non ſubſtantia.

ſi igitur corpus, ut corpus eſt, ſubſtantia eſt, omne autẽ corpus triſariam dimenſum eſt, & hac trina informatur dimẽſione, neceſſe igitur eſſe aliqđ trine dimenſioni ſubiectũ, in quo qđ editum eſt, corporis naturam abſoluit. cõpoſita igitur erit corporis natura ex ſubiecta materia, et ex trina dimenſione, quæ hãc conformat. quare ut utrũq; corporis ſit ſubſtantia. non igiť corpus ſimplex eſt, & fundamentum oĩum. ſed & huic aliqua ſubſterniť materia incorporea, ſed ſiqdem trina dimenſio, quia quantitas eſt, eſt accidẽs, & in igne igiť caliditas, & ſiccitas, quia qualitates ſunt, accidẽtia erunt. idẽtidem & in aqua frigiditas, ſiue grauitas, & leuitas in corporibus & his ſiĩa. igitur quãtum ad hanc attinet rõnem corporeã oẽm ſubſtantiã ex materia et accidentibus cõſtitui cõtinget. quare elementa ſubſtãtiæ corporeæ erunt materia. & accidẽtia. & qm̃ elementa natura ſunt prima his, quæ ex ipſis cõſtituta ſunt, necnõ & ſæpius tẽpore prima ſunt. quẽadmodum certe ea, e quibus noſtrum conſtat corpus, tum tẽpore, tum natura noſtro prima ſunt corpore, ꝑinde ſublatis elemẽtis, & noſtrũ deleri corpus neceſſe eſt, noſtrũ autem, ſi deleatur corpus, nõ neceſſario eſt, elementa ſublata eſſe, ignẽ, aquam, aerem, & terram, igiť & ſubſtantiæ corporeæ prima natura accidentia erũt. ideo deletis accidẽtibus ſubſtantia quoq; abolebiť. ablatis. n. ex quibus quicquã cõſtituitur, & ipm auferri neceſſariũ, ſubſtantia autem ſublata, cõtingere utiq; poſſet ea, ex quibus cõponitur, ideſt accidentia eſſe. qđ quidem fieri non ſane põt. cõtrarium. n. ab ipſa rerum natura impulſi oẽs fatentur. qđ ſubſtantia deleta, quæ accidunt ei, delenť, quaſi ſubſiſte. e ſeorſum ab ea, cui & acciderunt, nequeant, ſublata autẽ accidentia ſubſtãtiam non tollũt. ſiqdem accidẽs eſt, quod abſq; ſubiecti corruptione accedit, & recedit. elemẽta aut oĩno cõplectiua alicuius abſq; illius corruptione nõ adſunt, & abſunt, ex ipſis. n. conſtant. nõ igitur accidentia corporeæ ſubſtãtiæ ſunt cõplectiua, neq; omnino ex ipſis cõpletur, ac abſoluiť. ſi uero accidentia nõ ſunt corporis elemẽta, non igiť ex ipſis & ex materia corpus ſubſiſtit. fieri igiť non poſſe, ex accidentibus cõponatur corpus, ſatis puto, ex dictis demonſtratũ eſſe. quid igitur ad ambiguitatem dicemus, ut nõ omne quale accñs eſt, ſed eſt & qualitas ſubſtãtialis. differentias igiť, ut rationis capax, aut bipes, in quale qđ eſt de ſpeciebus, et indiuiduis ꝑdicari aſſeruimus. Vnde in ꝑdicamentis Ariſtoteles quia ſpecies, & genera differentiis participãt, ipſa circa ſubſtãtiam quale determinare dixit. nõ. n. caliditas in igne qualitas aliqua eſt, igni accidẽs, ſed ſubſtantialis eius et cõſtitutiua differentia, neq; in terra grauitas, neq; quæ in aere, et aqua humiditas, neq; quæ, in molle dulcedo, neq; quæ in ceruſa, aut niue, albedo, neq; quæ in cœlo eſt, globoſa figura. accederẽt. n. hæc, & recederent, qđ fieri nequit, abſq; ſubiecti correptione. neq;. n. notione ſine caliditate eſt itelligere ignẽ, aut niuem ſine albedine, aut cœlum ſine figura globoſa, neq; ex aliis, quæ enumerauimus quippiã. ut igiť eſt qualitas ſubſtantialis nõ ſub qualitatem, ſed ſub ſubſtãtiam, ut ſubſtantialis differẽtia, reducta. ita quidem et quãtum ſubſtantiale, et id maxime trina dimẽſio. hæc enim eſt ſola ex his, quæ ſpectantur in corporibus, per ſe ſubſiſtens, ac ſimpliciter corporis ſubſtantia, quæ quidem eſt molis quædã, triſariã dimẽſa magnitudine, definita & paruitate interminata.

Quod neq; omnis qualitas, neq; quantitas accidens eſt, ſed ſubſtantialis quantitas & qualitas, & quod in corporibus per ſe ſubſiſtens, & ſimpliciter ſubſtantia interminata triſariam dimenſio omnium ſubiectum vltimum. Cap. VI.

HVius autem trine dimẽſionis magnum & paruum, ut dixi, prima differentia eſt. triũ. n. dimẽſionum in tãtum, uel tãtum extenſione, & cõtractiõe magnum, & paruum trine dimenſioni ſuperuenit, moleq; interminatam, in terminationem, & finem ducit. Cõtractio aũt, & dilatatio corporis, ut corpus eſt, ideſt dicte trine dimẽſionis, neq; generationem, neq; corruptionem efficiunt: magnum. n. & paruum in corporibus gignunť, & abolentur ideſt corpora dilatãtur, & contrahuntur corpore, ut corpus eſt nihil propria rõne patiẽte. quare ſimpliciter corporis ſubſtãtia aliud nihil eſt, quã interminata trina dimenſio, quæ magni & parui differẽtia finitur, & ſubſtãtiarum corporalium differentias ſuſcipiens ſpecificas, particulares corporum ſubſtantias perficit, aquæ, aio, ignis, ſolis, lunæ, & reliquoꝝ oĩum. cum hæc igitur demõſtrata

ſtrata ſint, planum eſt trinam dimēſionem quātitatem, quæ eſt accidens, nō eſſe. Accideret.n. ſeorſum ſine corporis corruptione, & recederet, nunc uero abſq; trina dimenſione corpus intelligere nequimus. ipſa igit corporis ſubſtātia eſt. ſi igitur trina dimēſio ſimpliciter corporis eſt ſubſtātia, & hæc ſolum imutabilis, ut demonſtratū eſt, in corpoꝝ mutatione permanet. nulla ergo ratio eſt, quæ demōſtrat ipſi ſupponi in corporeā materiā neceſſariū eſſe. quare id naturalium formarū oīum eſt primum ſubiectum, ex quo ſane & ſubſtātialibus cōpoſitis qualitatibus, corpora qualitatibus imbuta fiunt, ignis, aqua, & reliqua. ut.n. quod ratione caret, aut quod morti obnoxiū eſt, per ſe qdem non ſubſiſtunt, cōiūcta autem aiali idest aiato, & ſenſitiuo exiſtētiam ſumunt, dico autē animali non generi, ſed ei, quod iam ſubſiſtit, quod & compoſiti efficitur pars. ita qdem & calidum, aut leuem in igne, & quæcūq; ignis ſubſtātiam complent. pariter & humidum, et frigidum, quæ quidē aquæ, & terræ, et aeris ſunt cōplectiue. deſignatiue hoꝝ dñæ exn̄tes, corporis, in ſimplici corpore, q̄ eſt trina dimēſio, ſub̄am capiūt.

Quod nihil impedit ſubiectum eſſe, vel materiam trina dimenſio, & ſi non ſit informis, & qđ nihil contingit in rebus penitus eſſe informe, neque ipſam quum ſupponunt materiam incorpoream, ſiquidem omnino in numero rerum erat, & quod trina dimenſio ſimpliciſſima eſt. Cap. VII.

SEd forte rurſus dicet aliquis primam materiā informē eſſe oportere, trina aūt dimenſio in formis nō eſt. ſi quidē ipſa ſimplicis corporis forma eſt. ſubiectū igitur corporibus naturalibus non eſſe informem cōtinget, ſed formis formā ſubiectum eſſe. ſi igit aſſerunt, materiā, et primum ſubiectum informem eſſe oportere, nō utiq; trina dimenſio materia eſt. aſſeremus ꝑfecto, & nos hanc diluentes ambiguitatem, primū quidem oportere primā materiā informē eſſe, petitionem eſſe, nō demōſtrationem. ſi enim in uniuerſum fieri nequibat, ut alteri formæ aliquod, quod forma inſignitū ſit, ſupponerētur, & ipſius eſſe materiam, cōcedere erat neceſſe materiā formarum oīum cōmunem penitus eſſe informem oportere. nunc aūt generatio oīs, tum naturalis, tum artificialis non informem, ſed forma ueſtitā materiam in propria aſſumit opera. ligna.n. induta formis fabriliū uaſorum materia fiunt. pariter et æs ærariæ fabrilis. ſed quidem et in naturalibus aialis diſſimilares particulæ, ſiue ex his conſtitutum corpus cum ſit, forma inſignitū, materiam uitalium aiæ facultatum eſſe fatentur. & elementa materia ſunt ex ipſis, cōſtitutorum, & humores, qui his proportiōe reſpōdent, materia noſtri corporis ſunt. et ipſa trina dimēſio, et corpus qualitatis expers, et ſi nō primā eſſe materiā, ſcđm uidelicet ſubiectum eſſe, et proximam cūctis naturalibus formis materiam, et ipſi non negant. oportet.n. aliquorum materiā, quorum eſt materia, iſtorum nullā habere formam. æs enim ſuæ ſubſtātiæ ratione eorū nullam formam habet, quæ recipit. et humores, qui carnis, et neruoꝝ, et oſſium, et reliquarū animalis particularū materia ſunt, nihil ipſi, qđ has formas perficiat, ſuæ ſubſtātiæ habēt. et ſic omnis materia utiq; informis nūcupari poſſet, nullam earū, quas ſuſcepit, formam habens. nō quidem et forma prorſus priuatā omni eſſe neceſſe eſt. ſiquidem omnis proxima materia, et uſq; ad trinam dimēſionem formam habet, ut et trina dimēſio, quatenus ab omnibus formis, quibus ſubſternit, altera eſt, hactenus erit informis et materia oīum. non qdem, quoniā forma aliqua eſt, iam ꝑpter hoc neq; primā materiam ipſam eſſe neceſſe eſt. nihil.n. rerum oīno eſſe informe contingit. ſi enim oīno rerum eſt eiuſmodi, neceſſe omnino eſſe quādam naturalem rōnem iſtarum exiſtentiæ, et ſi a nobis explicari nō poſſit. ſi enim rōnē haberet nullam, ſecundū quam ſubſiſtit, et eſſe habet, neq; in rerū eſſe numero cenſeretur. rerum enim quæq; naturalē quādam rōnem habet, qua ſubſiſtit, ſi aūt id, rerum igit nulla informis eſt. cuiuſq;.n. naturalis ratio, ſcđm quā eſt, cuiuſq; forma, et ſubſtantia eſt, uiciſſim remeat, cuiuſq; forma, ſubſtantiæ perfectiua ratio quædā eſt naturalis ſcđm quā, eſſe poſſidet. igitur et materia, niſi fruſtra eſt nomē, eſt res quædam naturalis, ſubſiſtens, rationem habebit, ſecundum quā uidelicet, ſubſiſtit, ratio autem cuiuſq; ſubſiſtentiæ forma eius, atq; ſubſtantia eſt. & materiæ igit ratio, ſecundū quā eſt, forma eius, atq; ſubſtantia eſt. non igitur materia, ut peni

tus informis ſit,eſſe pōt.idem.n.hoc eſt huic,quéadmodum diximus,ipſam oīno non eſſe,qđ enim nulla ipſius eſſe rōnem habet.id quodāmodo a rebus oībus eximitur.quare non impediet trinam dimēſionem primā eſſe materiā,quia ipſa imbuta eſt forma & non formis.cōtrarium.n.ratio demōſtrauit,eſſe non poſſe,ut rerum oīum aliqua oīno eſſet informis,aſſerentes autē trinam dimēſionem forma imbutā eſſe,ipſam non cōpoſitam eſſe aſſerimus,ſed ſimpliciſſimā.non enim e ſubiecto,& forma conſtat,ſed ipſa ſimplex quædā eſt moles in hoc ipſo eē habens,& reliquis oībus ſubiecta,ſed neq; trifariā diſtare compoſitiōis aliquā nobis ꝓbet notionem.ſi.n.ex planis,ut dicere uidet̄ Plato,corpora,aut oīno ex lineis conſtarent,nō utiq; trina dimenſio ſimplex eſſet.ſi id nequaq̄ eſſe pōt,demonſtratum autem aliud trine dimenſioni nihil ſubiici,ſed oīum ipſa baſim & fundamentum eſſe.perſpicuum igit̄ ſimpliciſſimam eſſe,& materiam oīum a nullo eſſe cōpoſitam.cū iſta ita ſe habeant,& trina dimenſio p ſe ſubſiſtat.nullaq; in ipſa mutatio ſpectetur.nulla igitur eſt ratio,quæ ꝓbare poſſit materiam quandam incorpoream naturalibus ſubiici corporibus,ſed in eam naturalia,ut in poſtremum,ſiue ſubiectum,quis primum,ſiue materiam ipſam nuncupare uoluerit.nihil enim de nominibus contendemus,reſolui neceſſarium eſt.

Plurima argumenta qđ fieri non poteſt vt illa fabuloſa incorporea,& informis materia,& qđ quibus rationibus probatur incorporea materia iiſdem eſſe probatur primum ſubiectum & materia trina dimenſio in quo quo pacto interminata per ſe trina dimenſio,& ſecūdum quid eſt immutabile,& ſecundum quid non eſt immutabile. Cap. VIII.

NOn modo indemōſtrabilem tradentibus de incorporea materia ſuppoſitionem eſſe aio, rationibus,quibus eſſe uidebatur,confutatis.at etiam incommoda,compluraq; abſurda & quæ fieri non poſſunt,hanc ſequi ſuppōnem,quibus falſa eſſe demonſtrat̄.ſi.n.circa materiam rerum mutatio incorpoream fieret,quæ potētia omnia eſt,proindeq; aptā unā & eandem manētem in oēm mutari formam.circa ipſam uidelicet & prima magni,& parui mutatio utiq; fiebat,quemadmodum certe & materiam ſupponentibus,necnō Platoni,& reliquis perſuaſum eſt.ſi enim magni,& parui penes trinam dimēſionem mutatio fieret,ipſam manere neceſſe eſt imutabilem,& hāc eſſe primum ſubiectū,ſeu materiam,in quā naturalia reſoluuntur,ultimam.ſi igitur nō hanc materiam eſſe uolūt primam,ſed & huic materiā ſupponi incorpoream,neceſſe eſt,et primā magni,& parui circa hanc fieri mutationē.utrum igit̄ idiſferens eſt,materiæ incorporeæ cuiuis ſubiectæ corpori ut in quātā uis magnitudinē & paruā & magnā ipſa mutetur,ut quæuis materia,quāuis molem poſſit ſuſcipere,an non indifferēs ſi igitur indifferens poſſet utiq; ſubiecta aquæ cyathi quātitate,materia incorporea mutari in uniuerſam aeris molem.Similr et materia uniuerſo aere ſubiecta in aquæ cyathum mutari poſſet.ſi enim indifferens ipſi,quia incorporea eſt,et facultate omnia,in quantauis magnitudinem mutari.cur magis materia,aquæ cyathi mēſura,ſubiecta in ſextariū ſi contingerit,mutaretur aeris,quā in decies decem ampliorē molem,et in totam ſimplr aeris mole.ſi uero non indifferēs eſt cuiuis incorporeæ materiæ,quāuis recipere magnitudinē,quoniam neq; huius euidentia patrocinatur.interminatas enim magnitudinis uiciſſim mutatio corpoꝝ fit.atqui unicuiq; una,ac eadem ſubiecta materia,dico quidem prima,ipſorum pronuntiata de materia tollent̄,alias in alia materia nobis neceſſario ſupponentibus.ſi enim non alia materia aliis differentiis cōphenſa ſit,cur non quæuis materia quāuis ſuſcipere ualeat magnitudinē.quēadmodum enim quia non occupata eſt a forma aliqua,quæ in ea naturaliter inſita ſit, ac innata ſed propria ratione informis ſcdm naturam,oēm in ſeipſam formam recipere ualet.ita quidem neceſſario,quoniā propria ratione contenta nulla magnitudine,ſed abſq; mole incorporea eſt,et cuncta potētia,in omnem ꝓfecto poſſet ipſa mutari magnitudinē.itaq; materia incorporea aquæ ſubiecta,quæ ſit mole unius cyathi in decies forte mille cyathos,aut in totam aeris magnitudinem mutabitur,ſed id fieri non poſſe apparet.ſi enim pauca aqua in maiorē

mutatur

mutatur aerem, ſed nō indeterminate inquātam uis, ſed uſq; ad aliquam terminatam magni-
tudinem dilatatio rarefactioq; cuiuſq; magnitudinis fit. ſi igit̃ incorporea exiſtens, & ſine ma
gnitudine materia, & potentia cuncta, ac in ipſa magni, & parui mutatione facta in oēm mu-
tari poſſit magnitudinem. non uero mutatur, nō igitur incorporea eſt, neq; magnitudinis ex-
pers. nō enim linea eſt, aut ſuperficies. nō ſolum uero in oēm magnitudinem, ſed neq; in oēm
formam materiam oēm conſpicimus mutatam. grano enim fici ſubiecta materia nūquā eadē
manens humanā, aut elephantis in ſe recipere ualeret formam. in primo nāq; naturalis audi-
tu demōſtratum eſt, nō quāuis magnitudinem cuiuſq; formæ eſſe capacem, ſed receptricē cu-
iuſq; formæ magnitudinem eſſe determinatam ſecūdum magis & minus. fieri nāq; nō pōt, ut
ſic dixerim, homo unius digiti quātitate edatur, neq; ut iſdem uſq; ad lunam pertingat. & nō
modo in animalibus, ac plātis, quæ diſſimilaria ſunt, id eſſe uerum comperimus, ſed & in his,
quæ partes habēt ſimiliares, aqua. aio, igni, et aere, ac terra, atq; compoſitis, carne inquā, et ſan
guine, et uenis, ac cæteris oibus. non enim in qua uis magnitudine, ut ſi contingerit, in fici gra
no, carnis forma cōſiſtere pōt, neq; aquæ, aut aliorum cuiuſdam. nō enim ut magnitudo in iſi-
nitum ſecabilis eſt, ita & formæ in infinitum, ſi ſuāmet ſubſtātiam incolumē habēt diuidi ua-
lent. ſed cum diuiſio magnitudinem a natura, formæ tributam, ac definitam tranſilierit, proti
nus & forma aboletur. etenim ſi multum in aquæ diuiſione proceſſeris, in aerem uerſa ſectio-
nem ꝑuenit, cum aquæ ſubſtātiam ſectio tranſgreſſa ſit, ultra modum a natura inſtitutū, & in
reliquis eodem pacto. at qui ſi incorporea erat, et ſine magnitudine fici grano ſubiecta mate-
ria, & poteſtate omnia, quid prohibebat poſt fici grani formæ corruptionem, ex eadem forte
fieri carnem, aut hoiem, aut aliud quoduis, ſimul in formā, & magnitudinem formæ accōmo
datam ipſa trāſmutata, nulla additiōe facta. ſi enim et ex grano fici generatur ficus, ſed prius
additione magnitudinis facta & materia addite magnitudini ſubiecta. fici grano magnitudo
& materia additur ex aqua irrigante, & appoſita, ac alente terra. pariter ſi ex paruo ſemine gi-
gnitur, homo, ſed ſanguinem mēſtruum natura cōtinēs, huius additione alit, et factum in na
turalem perducit molem, ſubiecta ſanguini menſtruo prima materia, iuncta ac addita mate-
riæ ſeminis, quod a principio iactum eſt. quoniā igitur eadem manens, uel fici grani, uel ſemi
nis incorporea materia nūquā profecto formam in ſeipſam reciperet, uel fici, uel hois. quēad-
modum forte aqua cyathi menſura non facta additione aer efficitur, & panis caro, uel uinum
ſanguis. planū quod nō quāuis formam, uel quæuis materia incorporea ſuſcipere ualet. quia
neq; in quāuis magnitudinem quæuis mutatur. ſi igitur incorporea manente et ſine magnitu
dine materia, quæ cuiq; corpori ſubſternitur, cōtingens erat materiam cuiuis magnitudini ſu
biectam quālibet magnitudinem, ac formam in ſeipſa ſuſcipere, quia incorporea eſt, & info r-
mis penitus, et cuncta eſt poteſtate. id uero factum nō uidemus. itaq; falſum, rebus materiā in
corpoream, et informem ſubiici. quoniā trina dimēſione. ſi quidem id eſſet materia, et primū
naturalium formarū ſubiectum, ut prius oſtendimus, non amplius neceſſe, quoduis in quod-
cūq; mutari, neq; magnitudinem, neq; formam. magnitudo nāq; dilatari, et coartari nata eſt,
ſed determinatam cuiuſq; et coartationem, et dilatationē fieri neceſſariū eſt. magnitudinis enī
in magnitudinem mutatio efficitur, non in magnitudinē non magnitudo. duabus igitur ma-
gnitudinibus ſubiectis, ut dixerim aquæ, hac quidē dimidia, hac uero dupla, & utraq; rarefa
cta, & in aerem mutata. hanc quidē minorem in aeris minorē molem, maiorem uero in maio-
rem mutari neceſſariū. & quā rationem aquæ quæ in aerem redacte ſunt, inter ſe ſcd̃m magni
tudinē habent, hanc habere neceſſarium eſt & aeris moles, quæ ex ipſis edite ſunt. alienū pro-
fecto a ratione non eſt, ne in quāuis formam quæuis magnitudo ſatis ſint, quia a natura ꝑſcri
ptum eſt in quanta magnitudine ſingula quæq; forma ſubſiſtat, primū uero ſubiectum eē tri
fariam dimēſum, & rerum quæq;, aliqua terminata corporis trifariam dimenſi, magnitudine
ante cōphenſam eſt. ſi enim ꝓpria ratione quod tripliciter dimenſum eſt, interminatū eſt,
at notione ſolum, ac ratione contēplatrice non ſecūdum ſubſiſtentiam & actu etiam num in-
terminatum eſt. quēadmodum & ſimpliciter animal propria ratione a rationali, & irrationa-

li alterum eſt.non enim ſine horum aliquo ſubſiſtit.omne enim animal,quod ſubſiſtit,uel ra-
tionis particeps,uel rationis expers.ſed neq; ut interminata eſt trina dimenſio,uel q̄litatis ex-
pers,ſcd̄m id ĩmutabilem ipſam eſſe aio,ſed ſolnm quatenus eſt moles trifariam dimẽſa.id.n.
ſolum in generatione,& interitu corporum ſubiectum conſpicimus ĩmutabile,ut uero ĩtermi-
natum,uel qualitatis expers non ĩmutabile.magnum.n.ex paruo,& contra paruũ ex magno-
gignitur,& omnem mutat qualitatem,& interminatum dico eſſe quod trifariã dimenſum eſt,
non,ut in quãtam quis intelligere poſſet,magnitudinem mutari pōt.terminatum enim totius
mundi magnitudo,& in natura,ac ut maior ſit,eſſe non pōt,ſed quatenus eadem nata eſt extẽ
ſa,ac coartata,aut maior fieri determinatum igitur uel ad maximum,& ad minimum trine di
menſionis coartatio & extenſio.non.n.ſi magnitudo in infinitum potentia partibilis eſt,iã ꝓ-
pter hoc & in infinitum artari poteſt.quoniam.n.in craſſiſſimum condenſatione artata eſt ui
delicet terram contractio deinceps conſiſtir,Si.n.in infinitum idem contrahi poſſe aliquis di-
ceret,cuncta profecto terra magis,atq; magis condẽſata in milii molem reduci poſſet.nũc ue-
ro id fieri nequit.ſi enim poſſet quãuis contracta ſit,atq; in infinitum diuidi potẽtia poteſt,ut
magnitudo,ſed aliud quid eſſe uidetur contractio,& condẽſatio,& alterum diuiſio.quãobrẽ
magnitudines potentia in infinitum partibiles ſunt,non autem in infinitum artari ualẽt.quẽ-
admodum neq; in infinitum ꝓferuntur.id enim ut dicamus ipſa rerum euidẽtia nobis ſubii-
cit.Oportet.n.arbitror,eum qui de rebus diſſerit ipſum rōnes non componere a rebus diſſidẽ
tes,ſed euidentibus conueniẽtes,& congruentes rationes,de ipſis cõfirmare.materiam igit̃ in
corpoream,& impartibilem eſſe,ad prorſus informem ſupponẽtes,& facultate cuncta ratio-
nem tradere nequeũt,cur tanto pani ſubiecta materia in tãtam,& non ampliorem carnis ma-
gnitudinem mutatur.pariter & aquæ cyathi menſura,materia ſubiecta in tantã aeris,uel car
nis formam ſuſcipere ualet non & equi aut elephantis formam nulla additione facta.incorpo
reum enim,& impartibile,& cũcta facultate,ſiquidem omnino corporis naturam admittere
natã eſt, cur magnitudinis extrinſecus additione opus eſt,ur in tantam magnitudinem,aut in
talem form im mutetur.qui uero trifariam dimenſum primam materiam eſſe ſupponunt, &
id uidelicet non informem,neq; impartibilem.ipſa enim eſt ſimplicis corporis forma , & pri-
ma magnitudo,cauſas reddere ualent.cur non quoduis in quodcũq; ſine additione,uel in ma
gnitudinem,uel formam mutatur,cum id quod trifariam dimenſum eſt,non ſine magnitudi
ne,nec impartibile ſit.ſed partibile.rotum uidelicet ſua parte maius eſt.ſi uero id & cõtractio
& dilatatio corporum,non in indefinitas,ſed,ut oſtenſnm eſt,in magnitudines efficitur defi-
nitas.neceſſe igitur maiorem trine dimẽſionis partem porrectam in maiorem mutari magni-
tudinem,quã minorem.& quoniam unaquæq; forma,ut in naturali demonſtratum eſt,in ali
qua ſubſiſtit magnitudine terminata,neceſſe non in quãuis formam quãuis mutari magnitu
dinem,quoniã neq; in magnitudinem quãuis ſine additione.ſi itaq; cum materia & ſubiectũ
trifariam dimenſum ſit,rationi cõſonum eſt corporum extẽſionem & cõtractionem nõ in q̃-
uis fieri magnitudinem,materia uero incorporea,& informi exiſtenti,fieri pōt in quãuis ma-
gnitudinem,quæuis ut mutetur,id uero falſum eſt,ac fieri neqnit.igitur non & magnitudinis
contractio,& dilatatio circa aliquam materiam incorpoream,& informem efficĩt.quare reb⁹
materiam incorpoream ſupponi minime uerum eſt.Præterea ſi materia eſt incorporea,& ſe-
orſum a magnitudine,eadem,& oĩum una & nõ plures materiæ,naturalia autem corpora ĩn-
ter ſe ſeparata ſunt,ut aqua ab igne,& homo ab homine,ab equo,& ut abſolute dixerim, cor-
porum reliquorum oĩum quodq; conſiſtit,quomodo materia incorporea ſine magnitudine,
ac una indifferentia,ac indiuidua partitur.neceſſaria enim quod incorporeum,& ſine magni
tudine eſt,impartibile eſſe.non enim pōt in materia æque id euenire,quod & in qualitate,ĩcor
porea enim albedo,& qualitas omnis,ſed quia ſecũdum ſe ſubſiſtere qualitas nequit,ſed eẽ in
aliqua,ut ſubiecto,magnitudine habet,ipſam una cũ receptrice diſtrahi magnitudine neceſ-
ſe eſt.materia uero non in magnitudine eſſe ſuum habet,nec omnino in alio ſubſiſtit.ecõtra-
rio enim receptricem,& fundamentum ipſam oĩum ſupponentes eſſe enuntiarunt,quomodo

igitur

igitur incorporeum & indiuiduum diuiditur, quis uero, & diuiſionis modus. quæ enim parti-
untur, aut ut in ſpecies genus partitur, ut in equum, & hominẽ animal, aut ut in indiuidua ſpe
cies, ut in Platonem ac Socratem homo. ſi quidem aliquis, & id nuncupare diuiſionem cenſe
ret. aut ut in partes totum, ut in manus, & pedes, & caput, atq; reliquas particulas Socrates, uel
lignum denũ pedum in decem partes, quarum ſingula ſingulo cõſtet pede, aut ut uox æquo
ca indifferentes ſignificatus ut uox hæc canis in cœleſte & terreſtre atq; marinũ. materia itaq;
ut genus in ſpecies diuidatur, fieri nequit. genera. n. in ſpecies differẽtiis partiuntur ſpecificis.
materia oĩno eſt penitus ſcđm ſupponẽtes ĩpam ĩ formis. q̄re cõſtitutiua, uł diuiſiuas carebit
differẽtia. & ideo materia, neq; ut genus in ſpẽs, diuidet́. neq; ut ĩ idiuidua ſpẽs. et. n. idiuidua
ſub eadẽ ſpẽm ducta quibuſdã inter ſe differẽtiis ſecant́. etenim ab hoĩe hõ, & ab equo equus
differunt. duo igit́ indiuidua, ut in oĩbus eadem ſunt, & undequaq; in differẽtia, eſſe, non põt.
igitur, ſi & in indiuidua materia ſecatur, inter ſe differẽtiis quibuſdã indiuidua, quæ ſub eadẽ
reducũtur materiã, prorſus differunt. & ſecus numerus omnino & multitudo abſq; differẽtia
eſſe non põt. ſi igitur alii alia incorporea ſcđm numerum ſubiicit́ materia. ſiquidẽ plura, & di
uiſa inter ſe ſunt materialia. plures igit́ numero materiæ icorporeæ. alia. n. ſubiecta Socrati,
& alia Platoni, & huic ligno, ac huic equo materia incorporea. Si uero numero materiæ incor
poreæ plures. nõ igitur indifferẽtes. quomodo igit́ materia amplius, cuius partes quibuſdam
inter ſe diſcrepãt differentiis, informis. rurſus indiuidua, ut eiuſmodi ſunt, ĩpartibilia ſunt. So
crates. n. non erit Socrates, ſi ſectus eſſet. materia uero diuiſa adhuc eſt materia. ſecto. n. ligno,
& ipſi incorporea ſubiecta materia una diuiditur. nihil minus in quauis manet ſectione mate
ria. non itaq;, ut ſpẽs in indiuidua, partitur materia, ſed neq; ut uox cõmunis, indifferẽtes par-
tietur ſignificatus, ut mus marinus, & terræ genitus. non. n. uox materia ſolum cõmunis eſt, et
ſi materia uox cõmunis erat. & ita rurſus nõ informis quacũq; parte eius ꝓpriam quãdam ſi-
gnificãtiam, & naturam habẽte ꝓpriam. eiuſmodi. n. quæ nomine communicãt, ſunt omnia.
Vox. n. canis cõmunis at in cane terreſtri aliud quid, alterũ in marino, & aliud in cœleſti ſigni
ficat. quare oĩa, quæ uoce cõmunicant ſpecificis inter ſe ſegregant́ differẽtiis. igitur ſi & mate-
teria ut uox cõmunis indifferẽtes ſecta ſignificationes, nec eſſe eius ſectiones ſpecificis inter ſe
differre differẽtiis. quãobrem non amplius materia eſſet informis. nõ igitur ut uox æquiuoca
indifferentes partitur ſignificationes. ſupereſt itaq; ut totum in partes, ipſam diuidi. ſed ſiqui
dem in diſſimilares partita ſit, & ipſam & partium quãlibet forma indui neceſſe eſt. etenim to
tum forma ueſtitur, ut homo, & hoĩs corpus, & partium ipſius quælibet, ut cõſtituatur neceſ-
ſe, caput, & pes & reliqua. ſi uero in ſimilares, quomodo rurſus ĩcorporeum, & impartibile di-
uiditur. ſecus totius in partes diuiſio corporis eſt, & magnitudinis, ſiue ſimilare, uel totũ, ſiue
diſſimilare. incorporeum. n. & ſine magnitudine impartibile. quare neq; totum, neq; partẽ ha
bebit. ſi totum habebit, & partem materia. profecto & corpus, & magnitudo eſſet nõ ſine ma-
gnitudine & incorporea. hac de cauſa, nec ſine forma. nõ. n. magnitudo, uel corpus informæ,
& id quidem abſurdũ magis nõ. n. ſolum impartibile partibile efficere cõtingerit his, qui ma-
teriam incorporeã eſſe, & informem ſupponũt, ſed impartibilibus, cur partiant́, cauſam dice
re eſſe impartibilem. ſingula quæq; formarum ꝓpria ratione incorporea, ac indiuiſibilis exi-
ſtens, poſtq̃ in materiam, & ſubiectum acceſſit una cum hoc, ut nuꝑ de albedine diſſeruimus,
diſtrahitur, atq; ſecatur. quãobrem & formis impartibilibus partitionis cauſa materia efficit́,
id uero & ipſi fateri cenſent. quomodo igit́ fieri poteſt? ſi quidẽ materia impartibilis eſt, ut ip
ſa in partes diuidatur & ĩdiuiſibilibꝰ formis cur diuidat́ cauſa eſt. & ſi patiens aliquid impar-
tibile, partibile efficitur. formæ uero ꝓpria rõne ĩpartibiles cũ ſint, in materia efficiunt́ partibi
les huius, affectionis cauſa materia eſt. ſ. effectiua affectionis huius diuiſiõis aio materia cau-
ſa. agens. n. potentia aliqua, & forma agit. & hinc planum, qđ triſariam dimenſum eſt primũ
ſubiectum oĩum, atq; materia, qđ quidem natura partibile exiſtens, formis, quæ in ipſo ſubſi
ſtunt, diuiſionis cauſa, & diſtantiæ efficitur. hinc & ſpẽs in indiuidua ſecãtur, non ipſas ſcđm
ſe diuiſæ, ſed una cum ſubiecto partibili diuidunt́. natura. n. incorporeum per ſe impartibile

eſt,ſed ſubiecto,ideſt trifariam dimẽſio,in quo & ſubſiſtit partibili eſt,& toto in partes ſimila
res ſectionem admittente,cõtingit & formas,quæ in hoc inſidẽt,quæ quidẽ una cũ ipſo extẽ-
ſa,quia in ipſo,quod dimẽſum eſt,efficitur,& una neceſſario cũ ipſo diuidi.ſi uero quis dixe-
rit materiã prius quãtitatem,& corpus factã,ita ſane,fieri partibilem.nihil minus & ita ambi
gimus.utrũ ipſa ne incorporea materia mutata,& eſſe incorporea deſiit ſtatim corpus ,& ma
gnitudo facta,an ĩmutabilis,& incorporea manens formam corporis,ut magnitudinẽ ſuſce-
pit,ſuſcipiens,ſi cõtingerit,carnis formã,nihilominus ut magnitudo eſt ĩmutabilis, & eodem
ſe habens modo permanſit.& caro alba facta,aut nigra nihil magis,aut minus caro eſt,nihil
ex albedine,aut nigredine,ut caro eſt,mutata.ſiquidem incorporea mãſit,materia,& poſt for
mæ corporis ſuſceptionẽ adhuc ambiguitas manet,quo pacto incorporeũ,& impartibile di-
uidať,necnon quomodo,cũ ſit impartibilis,ac incorporea,his,quæ impartibilia ſunt diuidã-
tur,cauſa euadat.ſi uero incorporea eſſe deſtitit,& ipm corpus,& magnitudo facta,non am-
plius ĩmutabilis eſſet.quare,neq; ingenerabilis,& incorruptibilis.& ſecus.ſi cũ ſit incorporea,
mutata eſt,& effecta corpus,neceſſe,ſi effecta eſt corpus,aut aliquãdo ipſam actu eſſe ĩcorpo
ream,deinde effectũ eſſe corpus,aut nũquã ipſam factã fuiſſe actu incorporeã.Si quidẽ igiť
actu aliquãdo erat incorporea,ſi mutata facta eſt corpus,primũ & corpus fieri rurſus poſſet
incorporeũ.ſi quatenus nõ manſit incorporea,corrupta eſt,ſi uero ĩcorporeũ corruptum eſt,
neceſſario eſt & factũ.nullum.n.corruptibilium ingenerabile.ſi uero id neceſſe,ſed qđ mate
riæ ſubiectum eſſe,ut prius demõſtrauimus,circa qđ aliquãdo quidẽ incorporeũ,aliquando
uero corpus mutať,& id omnino neq; corpus,neq; incorporeũ erit.ſi qdem corpori & incor-
poreo ſubſterniť,ſed nihil corporis,& incorporei medium eſſe põt.quoniã neq; cõtradictio-
nis.incorporeũ.n.oĩno & corpus nõ eſt,fieri uero nequit,ut idem,neq; ſit corpus aliqđ,neque
nõ corpus.id.n.contradictio.penes nihil,neq; corꝝ,quæ ſunt,neq; corũ,quæ nõ ſunt ,euaſiſſe
contradictionẽ gloria eſſe poterit,quare fieri non põt,ut aliud quid incorporeæ,ſubiiciať ma
teriæ,neq;.n.id græcis uidetur.igitur fieri nequit,cum materia aliquãdo incorporea actu exi
ſtat,a tempore mutari,& effici corpus.ſi uero nunquã materia erat actu incorporea.tempore
infinito potẽtia erat incorporea ſi uero potẽtia eſt incorporea,eſt infinito tempore actu cor-
pus.potẽtia.n.incorporeum,ſi nõ actu eſſet corpus,neq; incorporeũ erit,neq; corpus, id uero
fieri nõ poſſe nuper demõſtrauimus.Si quidem nõ eſſe corpus,& corpus eſſe cõtradictio eſt,
ut autẽ ſimul uera ſit cõtradictio,fieri nequit.ſi uero tempore ĩfinito materia actu eſt corpus,
ſi quidẽ corpus,qua corpus eſt,ĩmutabile exiſtit,demõſtrare,nequaq̃ ualent.an oĩno materia
potentia exiſtẽs incorporea naturalibus ſubiiciať corporibus.nãq; in rationis ꝓpoſite initio
demõſtratum eſt,quod ĩmutabile,ſi exiſtit ac qualitate uacãs.ideſt neq; efficitur neq; corrũ-
pitur,ipm eſſe ultimum naturaliũ ſubiectum,& primã materiam neceſſario.Si uero & ipm
corpus,qua corpus eſt,mutari aſſerent,neceſſe neq;,quatenus incorporea materia eſt , ipſam
ĩmutabilem eſſe.ſiquidem ꝓpria naturæ rõne minime incorporea manſit.neq; quatenus cor
pus effecta eſt.ſi quidẽ & corpus qua corpus eſt mutatur.quare materia nullo pacto eſt, neq;
erit ĩmutabilis.neq;.n.quod eſt natura,ideſt incorporea mãſit immutabilis,neq; quod facta
eſt,id uero eſt corpus.ſi qdem & ipm mutatur.ſed ſi,ut non raro diximus,primũ ſubiectum
muteť haud fieri poteſt.nõ itaq; tempore infinito materiã potẽtia eſſe incorpoream cõtingit.
qđ uero fieri nequeat demõſtratum eſt.quare materiã eſſe incorpoream nullo mõ contingit.
Præterea ſi prima corpoꝝ materia incorporea,& formæ omnes incorporeæ ſunt.id.n.eſſe ue
rum,& oẽs fatentur,quo pacto duorũ incorporeorum,& impartibilium cõpoſitio magnitu-
dinem & corpus ex ambobus cõſtituit.& ſi decem millia impartibilia cõpoſita,ut puncta,ma
gnitudinem nõ efficiunt.unde duoꝝ impartibilium materiæ,aio,& formæ cõpoſitione , aliq̃
magnitudo & corpus facta eſt.ſi uero aſſerent potẽtia eſſe corpus,quãuis eẽt incorporea, ma
teria.ſi qdem ſemper potẽtia eſt corpus,nunq̃ erit actu corpus.ſi uero actu incorporea. quod
enim potẽtia aliquid exiſtẽs,quouſq; ſolũ ſit potẽtia,id,ut actu ſit,eſſe non põt,aqua.n.quã-
diu ſolum potentia calida ſit,actu calida nõ eſt.ſi itaq; materia potẽtia ſemp corpus eſt, ſemp

actu erit incorporea. igitur ambiguitas manet, quomodo incorporeo incorporeum compoſitum magnitudinē, & corpus efficiat. ſecus ſi ſemper eſt potētia corpus, nūquā actu efficit̃ corpus, potētiam, quæ nūquā in actum ꝑfecta ſit, fruſtra habebit. ſed neq; æternoꝝ aliquod, ut & Ariſtoteles cenſet, potentia eſt ſolū tēpore infinito. in his.n. quæ generationi, & interitui obnoxia ſunt, cōtingit potentia aliquid eſſe, quod nō ꝑficiſcatur in actum, ante corruptionē præcedente potētia abſolutionē & actum. Homo.n. omnes ſcientias ſuſcipere ualens, nō oīno recipiet, corruptione antecedēte actum, & lignum, qđ potētia ſedes, aut nauis nō omnino & actu efficitur. in æternis eſſe poſſe negat Ariſtoteles aliquid tēpore infinito ſolum potētia eſſe. Fruſtra.n. potētiam habebunt, quæ nūquā in actum depromat̃. non itaq; materiā tempore infinito potentia corpus eſſe cōtingit. ſi uero potentia exiſtens corpus, uel aliquādo facta eſt actu corpus, uel ſemp eſt actu corpus, rurſus eadē iterabimus. ſi.n. imutabile eſſet corpus, qua corpus eſt, demōſtrare non ualebunt, materiā incorpoream oīno aliquando ſubiici corporibus. ſi uero & corpus mutatur, nullo pacto eſt materia imutabilis, neq; ut erat icorporea, neq; ut effecta eſt corpus. ſi uero nō ſit imutabilis, aliud quid erit, & ipſi ſubiectum, & materiæ materiā intelligemus. & item de illa eiuſcemodi ambigeremus ambiguitates, & in ambiguū obſurdū tenderet. ſed neq; mutari primum naturaliū ſubiectū contingit, & ab eo, qđ eſt, diſcedere. neque aliud quid ipſi ſupponi. non.n. amplius primū eſſet ſubiectum. hinc igit̃ materiam nō cōtingere potētia eſſe corpus perſpicuum exiſtit, nunc uero demonſtrauimus fieri non poſſe, ut ipſa incorporea ſit potentia, uel actu, præterea nec informis, eo qđ quippiam nullo pacto, eorum quæ ſunt, formæ expers eſſe cōtingit. habens.n. nullam eſſentiæ rōnem, huic qđ oīno nō eſt, ſimile eſſe demōſtrauimus. eſſe uere eiuſq; ratio, forma eſt, & natura cuiuſq;. animal.n. rōne fungens, caducūq; ratio eſt, eſſe, & forma hoīs. ex his itaq; omnibus plane conſtat, quod neq; penitus formæ expertem, neq; incorporeā eſſe primam materiā contingit. Quare fabula falſa, & petitio indemōſtrabilis demonſtrata eſt, ſuppoſitio, quæ eſt de materia incorporea, & forma uacante, & ſi decem millia Platonū & reliquus antiquoꝝ chorus opinionem de ipſa ex poſuerunt. nulli.n. credere dignum cēſemus, cui deerit ratio ex demōſtratione ſumpta. ſi non, tu enim inquit Plato te ipm dicētem audieris, alii dicenti nūquā credes. Redargutiōes igitur informis materiæ, & ut uere nihil exiſtentis, coꝝ, quæ ſunt. hinc nobis finem habeāt. adulterinis uere, & minime ſubſiſtētibus rōnibus de ipſa apparētibus. ſi uero ipa de materia, ipſorum ſuppoſitio falſa demonſtrata eſt, & quæ cōſtare nequeat, & quæ igitur principiū hoc ſequunt̃ falſum, principio cōfutato, una redarguūtur. & hac de cauſa forte ſuperfluum erat, omnino in propoſitā aliquam afferre argumētationem. manus igitur nos ſuppoſitione de materia dātes ſiue corpus ipſam eſſe qualitatis expers, ſiue incorporeā uoluerit. in ꝓpoſitæ undecimæ argumentationis diſceptationē nos cōuertemus. eſt uero ut cōprehendēs dixerim eiuſmodi.

Expoſitio apparatus propoſitę argumentationis, & nonnullis in problemate admiſſis nihil veritati efficiūt, nonnulla vero repbendere propoſuimus. Cap. IX.

MAteria inquit, non fortuna, ſed aliqua ex cauſa eſſe conſtat, gratia huius eſt, & id eſt, ipſi eſſe. generationis nāq; gratia eſt. igitur & generatio, cuius cauſa eſt, gratia uero huius, & cuius gratia coꝝ, quæ ad aliquid, ſunt, quæ uero ad aliqd ſimul eſſe, & non eſſe poſſidēt, a quo itaq; materia eſt, ab hoc & generatio eſt. etenim materia formæ eſt materia, & forma materiæ eſt forma. quare ſimul ac materia eſt, protinus & generatio eſt. & formæ in eadem ſunt. materia enim nō eſt inornatus, & formarū priuationis gratia, ſed ornatus, & formæ effectior, ſi igit̃ materia æque, atq; generatio æterna neceſſario, & formæ effectio. q̄re & mūdus æternus. materia uero æternam eſſe hinc perſpicuū fit. Si.n. gigneretur, ac corrumperetur, altera materia, ex qua gigneret̃, & inquā corrupta reſolueretur, opus eſſet. id rurſus cōtingere neceſſe eſt. ꝓpter id, quod in ratione nona dictū eſt. omne quod gignitur ex aliquo gigni, & ut quippiā ex nihilo oriatur, fieri nequit. argumētatio uero Ariſtotelica eſt. ipſe.n. in primo auſcultationis naturalis libro id explicauit, qđ igitur propoſitum eiuſmodi. nos uero aliis oībus manus dātes,

id unum ex dictis indagabimus.ſi neceſſario gigni,& corrumpi materiam,ipſam altera mate
ria indigere,ſequatur.id.n.eſt abſurdum,qd' ſequi apparet.quo nõ ſequi,demonſtrato, ideſt
nõ neceſſe eſſe,ſi materia gigneret',ex materia,& ipſam gigni.nihil uero erit,quod ꝓhibeat,re
liquum,æternã non eſſe materiam,ſed generationis initium hr̃e.cum igit' ratio nulla ſit,quæ
ipſam æternã eſſe probet.non ꝓfecto par eſt,qa ipſa ꝑperua eſt,credamus ſimul mũdi & ei⁹
forma extantibus.ex eo enim quod ab ipſo materiam eſſe perpetuam receptũ eſt,mundi con
cluſit perpetuitatem.

*Argumenta plura q, eſſe nequit vt materia, ſiquidem gigneretur ex materia gignatur, ſiue aliquã ma-
teriam aliquis, ſiue ſimplicitet materiam voluerit.* Cap. X.

PRimum uero dignum eſt,ut ipſum ſciſcitemur,quomodo omne inquit, quod fit, ut fiat,
materia opus eſſe.num ut ex materia id,qd' fit,eẽ & ſubſtãtiam accipiat,& tãquã ipa ma-
teria in eius,quod fit,mutata ſubſtãtiam,ac illud ipſum facta ſit,an indigeat id,quod fit,ſubie
cto aliquo,ut in illo ſubſiſtẽtiã capiat,eo quod,ipſum ſine ſubiecto minime ſubſiſtere queat'
quẽadmodum litere,cæra forte,ut ſubſiſtãt,indigent.nõ quod ipſe litere ex cære ſubſtantia fa
ctæ,ſed literis in ipſa,ut receptaculo aliquo,ſubſiſtẽtiã habentibus.& ut figura ære,uel mate
ria alia ĩdiget,ut fiat,nõ quia æs ipſum figura factum ſit,ſed in ipſo,qa figura ſubſiſtit,ſi igit'
id,quod prius diſſerui aliquis ſupponeret,id iam nos in rationis none fine refellimus.& inde
licet,cui placuerit,horũ doctrinã accuratã haurire.quod non ſubiecta formis materia ipſa res
iam efficitur,ſed ſolum ut & Proclus in his a Platone accipiens dixit.formarũ eſt ſuſceptrix.et
enim æs ĩmutabile perſeuerans figuras recipit,& cæra coꝝ,quæ ſcribuntũr.& in naturalibus
oĩbus,quod trifariam dimẽſum a ſua non dimotus natura,& qua eiuſmodi eſt,nullam patiẽs
mutationem,oĩum eſt naturalium formarum ſuſceptaculum.ſi.n.in eius,quod fit, mutatum
eſt ſubſtãtiam.non amplius ſubiectũ in ſua ꝑſiſtit natura,ex quo.n.aliquid mutat',in illo nõ
amplius eſt.Proinde & materiã,ut materia eſt,mutari ſi cõtingit,nõ amplius materia permã-
ſit,ita ꝓfecto mutatio rerum uiciſſitudinaria demeret',cũ nihil ĩmutabile maneat,ut accurra-
te in illis demõſtrauimus.Quare fieri nequit materia in eius,qd' gignitur,ſubſtãtiam, ut mu-
tetur.ſi uero alterum neceſſarium eſſe aſſerent,omne qd' gignitur aliquo indigere ſubiecto,&
materia,quæ eius ſubſiſtẽtiam recipiat.ut hac de cauſa neceſſariũ euidens ſit,& materiã,ſi qui
dem gigneretur,alia indigere materia.unde rõnis neceſſitatem approbent,nõ uideo.Si.n.oẽ,
quod efficitur aliquo alio indigeret eiuſmodi,quale ipſum eſt,ut efficiatur, & materiã, ſiqui-
dem gigneretur,alia eſſe opus materia cõſequebatur.nunc uero id cum falſum, tum eſſe non
põt,cum omnia,quæ gignunt' cõpoſita ex materia & forma ſint,neceſſe,qd' gignitur, uel for-
mam eſſe,uel materiã,uel ex utriſq; cõſtitutum.ſi igitur omne,quod efficit' altero ĩdiget eiuſ-
modi,ut efficiatur,quale ĩpm eſt,ſiue forma eſſet id,quod efficitur,ſed nõ indigebit eiuſmodi
forma,ut gignatur.& hæc rurſus,ſi gigneretur,altera,ſiue compoſitum,ut efficiat' alio, quale
ĩpm eſt,indigebit compoſito,itidem & illud,ſi efficeretur,alio.ut igitur æs gignatur, ære indi
gebit.& ut efficiatur album,albo,& graue graui indigebit,id uero a ratione abhorret, in infi-
nitum.n.aſcẽdere neceſſariũ eſt,& ita generationẽ auferre,fieri.n.nequit,ut generatio per infi
nita gradiatur,ut in libris de generatione ab Ariſtotele demõſtratum eſt.& ꝑter id quod a ra-
tione abhorret,eſt etiãnum contra ipſam rerũ euidẽtiam.Contra.n.omne quod efficit', ex nõ
tali efficitur,ex nõ ære æs.ex non aqua,aqua.& ex non homine,homo.dico uero ſcd̃m mate-
rialem cauſam,de hac.n.nũc a nobis habet' oratio.Si.n.& homo hoiem generat.ſed is quidẽ
eſt efficiens,hic uero effectus.nunc uero de efficiẽte non ambigitur cauſa.quodcũq; enim effi
citur,ex efficiẽti effici neceſſe eſt.ſiue efficiens ei,qd' efficitur,eſſet ſimile,ſiue diſſimile.etenĩ ſi
ex frumento frumẽtum efficitur,ſed ut ex cauſa efficit' efficiẽte.rõnes enim eius,quod gigni-
tur,effectrices in ſemine iacto,ut & in humano,ac in reliquis ineſt.materiã uero irrigãs aqua,
& terra adiacens ꝓſtat.ut & uulua ſanguinem mẽſtruum.quapropter,ſi deficeret aqua,non ꝓ
pter efficiens, ſed quia materia indigeret,imꝑfectus fructus ederetur.ſi igitur quodcũq; effi-
citur

citur ſcđm cauſam materialem, ex nõ tali efficitur, ut ex nõ homine homo, ex nõ igne ignis, ex
non ſciente ſciens, ſeu cõpoſitum eſſet, qđ fit, ſeu forma. nullum igiẽ ex his, quæ fiunt, ut effi-
ciatur eiuſmodi, quale ipm eſt, indiget alio, neq; igitur materia prima, & ſubiectũ primũ, ſiq;
dem gigneretur, ut gignatur alia materia, ac ſubiecto indigebit. neq; enim qm̃ formæ, ut effi-
ciantur formæ, indigent materia, ꝓpter id, & materia, ſiquidem gigneretur, materia idigebit.
Formæ. n. tãquã per ſe ſubſiſtere minime ualeant, ipſe materia, in qua ſubſiſtãt, ipſas recipiẽ-
te cum materia ſuſceptrix ſit, & primum oium ſubiectũ, ut ſubſiſtat, nõ altero, qđ recipiat, in-
diget. nõ enim ſi formæ naturales, ſi per ſe ſubſiſtere potuiſſent, indiguiſſent materia, ut ſubſi
ſterent, ſed ſine materia editæ eſſent. quare neq; materia, quæ nõ exiſtẽs prius, initiũ eſſe ſum-
mit, altera materia, ut fiat, & ſubiecto indigebit. cũ ipſa oium ſubiectũ ſit primũ, altero ut ſub
ſiſtat, nõ indigẽs ſubiecto. non. n. materia in ſubiecto, ſed ſubiectũ. quẽadmodũ. n. hois, forte,
uel equi effigies, ut ſubſiſtat ære idiget, æs. n. ut æs efficiatẽ, nõ indiget ære. ita cõſequentia ne-
ceſſaria, & in generatione naturali. quæ. n. ſi gignerentẽ, hñt eſſe in ſubiecto, materia, & ſubie-
cto, ut in illo gignantẽ, indigent. tãquã per ſe eſſe minime potẽtia, non ꝑterea ſubiectũ ipm, &
materia ſubiecto aliquo, & materia indigebit. ita. n. non amplius ſubiectum profecto & mate
ria erat, ſed in ſubiecto, & forma. ſi uero oino & materia, ut efficiatur, aliquo idiget, forma om
nino indigebit. ut. n. forma materialis ſine materia eſſe nõ ualet, neq; materia, qua materia eſt,
eſſe ſine forma põt, eo quod materia, & forma, ut & Proclus aſſerit, in his uiciſſim ſe reſpiciũt,
quẽadmodum igiẽ quod dextrũ efficitur, ſiniſtro, ut dextrũ efficiatur, indiget, nõ dextro, & ſi
niſtrũ non ſiniſtro, ſed dextro, ut ſiniſtrũ efficiatur. & in oibus, quæ ad aliquid ſunt, oppoſitũ
ut ſubſiſtat, oppoſito indiget. ita qdem ut materia efficiatur materia, forma, nõ materia idige-
bit. quæ. n. ad aliquid ſunt, imutua eſt habitudine habẽt. non materiã eſſe ſine formis, ut mate
ria eſt, cõtingit. fruſtra. n. erit, neq; ſine materia formas, ſeorſum. n. a materia ꝑ ſe ſubſiſtere mi
nime ualent. altero itaq; alterum indigebit, & nõ ipſum eodẽ, uel ſimili. ut igiẽ dicere formas,
ut efficiantẽ, materia indigere, formas materiales æternas eſſe minime inducit. initium. n. eẽ, et
finem habere palã conſpiciuntur. ita neq; quia materia formis indiget, ſi quidẽ generaretẽ, ip-
ſam eſſe ꝓbat æternã. nulla igitur neceſſitas orta eſt, ſiquidem materia generaretẽ, ut generetẽ,
ipſam materia indigere. cõtra potius ſiqdem materia generaretẽ, fieri nõ poſſe ut ipſa altera in
dige it materia & ſecus. ſi ut ſimpſr materia ſe habet, & forma ſimpſr ſe habet. ad aliqua mate-
ria ad aliquam formã. ſimpliciter uero materia, ſi qdem generaretur, ut materia eſt, alia indi-
gebit, & aliqua igiẽ materia, ſi qdem efficeretur, materia indigebit. ſi igiẽ ſcđm falſum demon
ſtretur, & quod minime eſſe queat. Dico quidẽ aliquã materiam, quatenus gignitur materia,
indigere materia. falſum itaq; & materiam ſimpſr, ſiqdem gigneretẽ, ut materia eſt, ut efficiatẽ
materia, indigere materia. dico uero materiam aliquã, quæ domus forte, uel nauis, & in natu-
ralibus Socratis, age, uel huius plãtæ. materiã aliquam gigni, & nõ eſſe ingenerabilẽ, ſed tunc
gigni, & eſſe, cũ & forma, cuius materia eſt, eſt, ipſe in his apte Proclus aſſerit. eteni materia ali
qua, inquit, tũc eſt, cum ſit, & forma, quãobrem operi idoneã artifices efficiunt. quæ nondum
exiſtit materia, & quãtum incidũt, ut efficiãt materiã, intãtum accedit forma. nõ enim lapides
priuſquã expoliantẽ, & cõcine accõmodentẽ, formæ domus materia ſunt. ſed cum hæc habue-
rint. cum igitur & ueræ materia generatẽ, tunc pũcto temporis forma iã pſẽs adeſt. ſi igiẽ ali
qua nõ perpetua eſt materia, ſed gignitur materia, aliqua uero materia, quatenus gigniẽ mate
ria, ut efficiatur materia, indiget materia, & huius rurſus materia, neq; ſemp eſt, ſed cũ ſit & il-
la, cuius eſt materia. & ꝓpter hoc generabilis eſt. & ut materia gignatur, & ipſa alia tertia indi
gebit materia, & qm̃ rurſus ipſa nõ eſt perpetua, quoniã neq; illa, cuius eſt materia, perpetua
eſt. ſed aliquãdo gignitur materia, & ipſa ut gignatur, materia, idigebit quarta materia. & rur
ſus quarta, cũ non ſemp ſit, ſed aliquãdo edita materia alia indigebit quinta. & illa alia, & in i-
finitum. ſi itaq; id per abſurdũ. non igiẽ aliqua materia, quatenus gignitur, materia, indigebit
materia, ut efficiatẽ materia. ſi. n. aliquam materiã, ut lapides expolitos, ut ædium efficiatẽ, ma
teria, nõ ut unum, et ſimpſr accipimus, ſed ut cõpoſitum aliquod ex ſubiecto aliquo lapide, &

tali expolitione,nõ amplius ut factã materiã accepimus.ſed ut formæ,aut cõpoſiti generatio-
nem.ut ſi quis ſedem ſibi ipſi facere uolẽs materia utẽs lapide iſto,ſedis imponet formã. Si ue
ro ut materiã domus lapidem expolitũ.& accõmodatum ſpectabimus.nõ amplius huius hoc
quidem erit ſubiectũ,hoc uero forma.nulla.n.materia,ut materia eſt,ex materia,& forma cõ
ponitur.ita.n.ut demonſtrãtes anticipauimus,in infinitũ aſcẽdemus,ſed ut unũ aliqđ,& ſim-
plex id totum accipit' lapis expolitus,& bene accõmodatus.q̄re materiã domus efficiẽs ædifi
cator,ut unum aliqđ',& ſimplex lapidẽ facit expolitum.nõ.n.talis lapidis figura ipſa ſcđm ſe
ipſam,ut ceciderit,cubica hæc materia eſt domus,ſed neq; ipſa,ſine figura per ſe lapidis natu
ra infigurata ſed utrũq;,ut unum materia eſt domus.id uero ipm̃.& Proclus in ꝓpoſitis aper-
te determinauit,dicens.nõ.n.lapides formæ domus materia,anteq̃ expoliantur,ſed cum hæc
habuerint.quare neq; lapides per ſe,abſq; expolitione,& cõcinitate materia domus,neq; lõge
magis ipſa ſcđm ſe figura,qm̃ neq; per ſe ſubſiſtere ualet.ſi igit' utrũq;,ut unũ materia eſt do-
mus,ut & Proclus recte dixit,utrũq; uero,ut efficiatur aliquo nõ indiget ſubiecto.igit' aliqua
materia,ut efficiat' materia,non indiget materia.oĩs.n.generatio,ut in nona demõſtratum eſt
rõne,formæ alicuius eſt generatio.qm̃ in illis diſſeruimus,alius abſolutio ac effectus alius effi
citur materia,cum ut materiã alterius utrũq; aſſumimus,ſimul dico & ſubiectũ,& formã , ut
unum,& ſimplex factum ipm̃ accipere neceſſe eſt.nõ.n.ſingularis materia,ut uel domus,uel
& hoĩs,& compoſitoꝝ oĩum ſimpliciter eſt materia,ut & uere ſimpliciſſimã, & incõpoſitã ip-
ſam eſſe q̄ramus.ſed ad aliquid materia,ad aliquid uero nõ materia,ſed cõpoſita q̄dam res ex
materia,& forma,ut in nona accurate rõne demõſtrauimus,ut ne iterum eaſdẽ repetamus ra
tiones.ſi igitur ut cõpoſitam aliquã rem materiã quãdam contẽplabitur aliquis,non amplius
ut materiã ſpectabit,ſed ut ex materia & forma cõſtitutum,ut lapidẽ,& talem ipſius figurã,ſi
uero ut materiã domus ſumpſerit,ut unum,& ſimplex taliter figuratũ lapidem ĩtelligere ne-
ceſſe.non.n.infiguratus lapis,ut & Proclus dixit,materia eſt domus.ut igitur lapides figurati
ſimpl'r non ſunt materia,ſed ad aliquid materia,ut ad formã domus,ex ipſoꝝ cõſtructione cõ
ſtitutam.ita & ad aliquid ſimplices ſunt,dico q̄dem ad domum,quæ ex ipſis,& eiuſmodi con
ſtituitur figura.quare ſi utrũq; dico lapides figurati,ut unum aliqđ',& ſimplex exiſtũt, mãte-
ria domus ſunt,utrũq; uero,ut efficiat' materia,non indiget.non igitur aliqua materia,ut effi-
ciatur,indiget materia,at qui generabilis exiſtẽs.ſi igit' aliqua materia,ſiquidẽ ut effecta ma-
teria ſummeret',non indiget altera materia,ut uero aliqua materia ad aliquã particularem rẽ
fertur,formã,ita & ſimpl'r materia,ad formam ſimpl'r ſe habet.nõ igitur ſi ſimpl'r materia gi-
gneretur,ut materia eſt,altera indigebit materia.planum igitur & hinc nihil eſſe neceſſitatis,
ſi quidem materia gigneretur,ex aliqua,quæ exiſtat,gigni ipſam.quare nulla erit ratio,quæ ꝓ
bat materiam ingenerabilem eſſe oportere.cum ratio confutata ſit,quæ in abſurditatem ratio
nem,quæ eſt,de eius genitura,adducere apparet.

*Quod & ſi omnia,quæ gignuntur, vt generentur, materia indigent,ob id quidem ipſum
neceſſe eſt,ſi quidem materia gigneretur, ipſam non indigere materia, vt ge-
neretur.* Cap. XI.

SEd nihil.inquit,uidemus factũ,quod ad ſui effectionẽ,materia non ſit opus.igit' & mate-
ria,ſi gigneretur,materia indigeret,ſed omne,qđ' nunc efficitur particulare, nõ ſcđm mate
riam ipſi ſubiectã,& primũ formæ ipſius ſubiectũ efficitur,ſed quatenus forma ornatur,& id
in nona prius demõſtrauimus ratione,& nõ æque totum,& partẽ gigni neceſſe eſt.& qđ' neceſ
ſario,ut maneat unus,& idẽ mundus corruptio partium,& generatio mutatione uiciſſim fa-
ctæ in cauſa ſunt.formis q̄dem in id qđ' non eſt,corruptis,ſubiecto eodẽ ꝑmanente , & mate-
ria,in his,quæ mutant',ut & uniuerſum unũ,atq; idẽ ſit.ſi igitur generatio nũc nõ uniuerſaliũ
generatio exiſtens,ſed particulariũ non ſcđm materiã,ſed ſcđm formas effici'.ſiqdẽ nũc neq;
materiam corrũpi,nec gigni uidemus.merito igit' quod effici' materia indiget, quaſi formæ
ſcđm ſe ſubſiſtere nequeant.nõ amplius ſi & materia facta eſt,materia ĩdiguit.ſi quidẽ & for-
mæ,

mæ, non.n.rationi cõſentaneũ eſt, ut ſormarum & materiæ eãdem ſuſpicemur eſſe generationem. qđ.n.in ſubiecto eſſe habet, materia indigebit ipſius ſuſceptrice, ad eius, qđ efficit, ſubſiſtentiã. ipſm quidẽ ſubiectũ ſi fieret, nõ alio indigebit ſubiecto. nõ.n. amplius ſubiectũ ꝑfecto eſſet, ſed in ſubiecto. non igit in his, quæ ſimilia nõ ſunt, ſed potius oppoſita perſimilẽ poſtulãt generationẽ. Si.n. eorum quæ ad aliquid materia, & forma ſunt. ſi quidẽ hæc gratia huius eſt, hæc uero cuius grã. quæ uero ad aliquid oppoſitoꝝ ſunt, itaq; & hoꝝ generationes opponi neceſſe eſt. quoniã & frigidi generatio, ei, quæ calidi eſt, opponit. ſiquidẽ hæc denſitudine, hæc uero efficitur raritudine. & huius ſurſum motio illi, quæ deorſum. aſcenſio.n. eſt, hæc uero deſcẽſio, & in aliis eodẽ modo. ſi igit oppoſito, ut in topicis demonſtratum eſt, oppoſitũ ĩneſſe neceſſe eſt. generationi uero formæ, ut efficiat, ut materia indigeat ineſt, huic igitur oppoſitũ materiæ generationi inerit, id uero eſt ut materia efficiat, materia nõ indigere.

Quod non, quia in particularium generatione, & corruptione ĩmutabile manet ſubiectum iam materia, iam propter hoc neceſſe, & ſimpliciter ipſam ingenerabilem, & incorruptibilem eſſe. Cap. XII.

QVid igitur dicere ꝑtermiſimus, & nos pauloante, eãdem materiã, & ĩmutabilem manere oportere, ſiue prima materia eſſet id, qđ dimẽſum eſt trifariam, ſiue alia q̃dam ꝑter id, informis. quod undequaq; ĩmutabile ab eo generationẽ, & corruptionẽ exemi neceſſe eſt. ſed nõ ſemel ĩmutabile ipſi adeſſe cõceſſimus. nullam nãq;, quæ id approbet, rationem uidemus. ſed in mutatione, quæ per uices efficitur, particulariũ neceſſe eſſe diximus eoꝝ quæ uiciſſim mutãtur, cõmunem materiã in illoꝝ mutatione ĩmutabilẽ perſeuerare. nõ quidẽ ꝓpter hoc & prorſus ipſam ĩmutabilẽ eſſe neceſſe eſt. et.n. ex ære uel auro operibus inter ſe mutatis, his æs, uel aurũ ſubiectũ in illoꝝ mutatione ĩmutabile manet, nihil ſcđm ſuæ ſubſtãtiæ rationem patiens, ſed tamẽ nec ingenerabilis hac de cauſa, nec incorruptibilis. nõ igit; ſi in mutatione mũdi partium, quæ uiciſſim efficit, ſubiectum manet ĩmutabile, iam oĩno ingenerabile ipſm, & incorruptibile eſſe neceſſe eſt. ſed ſi mũdi effectiorem initiũ, eſſe, demõſtratũ eſt, accepiſſe, neceſſe & materiã principium ipſius eſſe hrẽ, ac perpetuã non eſſe. principiũ uero ipſius eſſe cũ accepit, ex nullo facta eſt, ꝑeunte ſubiecto. omne.n. qđ fit, ideſt omne principiũ ipſius eſſe ſumẽs prius nõ cõſiſtens. id.n. dico factum, & nõ ſolũ quod per aliquã generationẽ, & tẽpoream dilationẽ ex eo, quod nõ eſt, in id, qđ eſt, trãſmutatum, ex eo, qđ non eſt, quatenus efficitur, ſubſiſtẽtiam aſſumit, & ſubſtãtiam, & ut in nona oſtẽſum eſt rõne, in id, qđ nõ eſt rurſus corruptũ reſoluitur. quare & materia ſi efficeretur, & initiũ ſuæ eẽntiæ caperet, ex nullo ꝓcurrente efficeretur ſubiecto, ſed nequaq̃, anteq̃ efficiatur, exiſtens, ex eo qđ non eſt, in id, qđ eſt ab effectore ipſa deducitur. ita igit ipſam per ſe ꝓpoſitam diſcutiẽtes argumẽtationẽ nihil reperimus neceſſitatis, ut ſi materia gigneret, altera indigere materia, eo qđ, quæ fiunt, ex materia fiũt, cõtra potius neceſſarium apparuit, quoniam ea, quæ fiunt quatenus formis ueſtiuntur. ideſt in eſſe educta, materia indigent, conſequens, materiam, ſiquidẽ gigneretur, nõ indigere materia.

Quod neq; æternam eſſe materiam, & initio vacantem aliquo loco Plato dicit, neq; ſi id dixiſſet, rationi conſentaneum erat, propter hoc & ei imponere mundum ipſum exiſtimaſſe æternum. Cap. XIII.

QVoniam rurſus qđ ex his, quæ Platoni placẽt, ratio Proclo ꝓcedit, oſtendat nobis aliquis, ubi Plato ita clare materiã eſſe ſine principio & ꝑpetuã ſuppoſuit, nullo editã ortu. nequaquã.n. in dialogis Platonẽ id aſſerẽtem reperire licet, quãdo & ſi manifeſte ita ꝑpetuam ipſam eſſe ſuppoſuit, ad quia materia perpetua eſt, neceſſario, & mũdum æternũ eẽ illatum eſſet. nullus itaq; rõne nixus, puto, qui ueritati potius, quã Platoni tribuit, hinc ĩtuliſſet & mundũ ingenerabilem eſſe, & ꝑpetuum Platonem uoluiſſe. cũ ille aperte ab aliquo principio editũ eſſe ipm, & nõ ſemper eſſe, & priuſquã gigneretur nõ eſſe aſſerẽs ſit. qđ.n. ſi ſuppoſitio-

nem de materia,qđ neceſſario cõſequitnr Plato non cõſpexit.non raro.n. quãdoquidem hõ fuit,rerum ueritatis notione aberrauit,ut in rõne,quæ anteceſſit hanc,mentionẽ fecimus.ſed neq;,qđ aliqui pugnãtiam ſupponãt,neq; aiaduertunt,quod pugnet,eos nõ alterum eorum, quæ repugnẽt,ſupponere concludit,ſed falſo alterũ ueritati oppoſitũ ſuppoſuiſſe cõuincit, quod & in aliis,hoc Platonẽ paſſum eſſe euidẽter apparet,dico repugnãtia ſuppoſuiſſe unius ex illius erroribus,& nunc gratia exempli in memoriam ſuggeremus.

Quod & in aliis aperte pugnantia Plato ſuppoſuit.quorum eſt hoc & terram imutabilem eſſe dicere,& compoſita corpora ex quatuor eſſe conſtituta elementis hęc eademq; vt ſine ſimul vera fieri nequit. Cap. XIIII.

ELemẽtorum quatuor terrã in Timæo ſolam imutabilẽ eſſe Plato ſuppoſuit,reliqua uero uiciſſim tria mutari.& id quidẽ diſſerẽtem ad uerbũ Platonẽ ipm audire licet.uidebatur quidẽ nobis inquit,neq; id,quidẽ ſatis recte,oia quatuor genera uiciſſim generationẽ ſubire. profecto quatuor genera ex triãgulis,quos elegimus,generant.tria quidem ex uno qui latera habet inæqualia.quartũ uero unicũ ex trigono æquicrure cõpoſitum eſt.nõ igit poſſunt oia, ita in ſeinuicem reſolui,& cõmutari,ut ex multis paruis,pauca ingentia,uel ecõtrario efficiãtur,tria certe poſſunt.cum.n.ex uno hæc facta ſunt oia,cum maiora ſoluta ſunt,multa ex ipſis cõſtituent parua figuras quæ ſibiipſis quadrẽt capientia,aliiſq; iterpoſitis terra,cũ in igne inciderit,ab eius acumine diſſoluta feret,ſiue in ignem reſoluta,ſiue in aerem,ſiue aquã quouſq; partes ipſius cõgreſſe iterũq; copulatæ ipſe ſibiipſis cõcinentes terra efficiatur.nõ enim in aliã unquã ipẽm migrarent tria,ignis.aqua,aer uiciſſim pmutari ualẽt.qđ quidem ſolã ex q̃tuor terram elemẽtis imutabilem eſſe,in reliqua aſſerat,cũ alia uiciſſim mutent,ex ipſa Platonis oratio..e pſpicuum factũ eſt.& nemini gnotum,cũ omnes fateant. unde neq; nos plurimũ laborare oportuit.cõtra item Plato ipe & ipm cœlum,& aialium corpora,& cõpoſitorum qđq; ex ipſis,his cõſtituit elemẽtis,id & nũc mihi ſuppetit orõ.audi iterum ipm Platonẽ diſſerẽtem.atq; is quidẽ inquit,qui hæc cõpoſuit,de uniuerſi diſſerit opifice,cõſtãter in ſuo manebat ſtatu.qui aũt qui erãt ab eo creati,cu parentis ordinẽ cognouiſſent,huic obtẽperabãt,itaque cum accepiſſent imortale principiũ mortalis aiantis imitãtes genitorẽ,& effectorem ſui, particulas ignis,& terræ,& aquæ,& aeris a mũdo,quas tãquã rurſus reddituri,mutuabantur, eaſq; inter ſe copulabãt.ipſe igit Plato & terrã in alia elemẽta nequaq̃ mutabilẽ eſſe aſſerit,cũ alia uiciſſim mutent elementa.& mortaliũ corpora aialiũ,necnõ oium reliquoꝝ ex ei dẽ quatuor.cõſtitui elemẽtis uult,hæc uero pugnãtia ſunt,& minime coherẽtia,& nõ linũ lino iũctũ iuxta ꝓuerbium.Dico quidẽ & terrã in reliqua dicere imutabilẽ eſſe,& cõpoſitam ex quatuor cõſtare elementis.ſi uero ex quatuor cõpoſita,fieri nequit,quin terra in reliqua pmutetur.nullũ.n.actu in cõpoſitis conſpicit elementoꝝ,non ignis,nõ terra,neq; cæteroꝝ aliqđ,iuxta eni elementoꝝ poſitio,non mixtio eſſet,ut Empedocles ſuppoſuit,nũc uero elementoꝝ qualitates uiciſſim oẽs ſe penetrãt,ſi & moles ꝓpe ponant.nulla.n.eſt cõpoſiti particula,quãuis indiuiduam admodũ eſſe aſſerueris, quæ no ex quatuor cõſtituta ſit.id uero erat ex his,q nequaq̃ fieri poſſunt.ſi elementoꝝ iuxta poſitio,& non totoꝝ per tota incompoſito extitiſſet mixtio.ſi igit nullum incõpoſito actu elemẽtoꝝ eſt,ſed ipſis confuſis,cuiuſq; forma deperit , alia uero quædã iſtoꝝ mixtione ac tẽperie ſuperinducta forma eſt,carnis age,uel ſanguinis,uel alia q̃uis incõpoſito,& terrã mutatã eſſe cuius pſpicuũ eſſe arbitror,ſi uero cum icompoſito deleta ſit elementoꝝ forma unum aliqd,& ex oibus uniformæ editũ eſt.ut uel caro,uel os,uel qđuis aliud.poteſt uero rurſus,potius neceſſarium eſt carnẽ corruptã in eas,ex quibus cõſtabat, reſolui,particulis,quas a mũdo mutuo acceperat,rurſus eidẽ redditis.fieri igitur põt,ut quæuis eius particula,& quæuis magnitudo,cũ tota ſit uniformis,& terra,& aqua,& aer,& ignis efficiatur.ſorti aſſignandũ ac cõmentitiũ eſt,dicere hanc quidẽ carnis particulã aquam,illã uero terram,aliã ignem,& aliã aerẽ fieri cũ omnis particula carnis ſit uniformis,& in elementa oĩs reſoluatur.ſi igit cõtingit quãuis carnis molem,elemẽtoꝝ cuiuſq; formã in ſeipſa recipere.cõ

tingit

tingit igit' particulã carnis, quæ prius terræ formæ ſubiecta erat, dico quidem ipm quod triſariã dimenſum eſt, & corpus, corrupta carne, aquæ uel alicuius alterius elemẽtoꝝ in ſeipſo formam ſuſcipere. quare & terrã in reliqua mutari elemẽta neceſſe eſt. id. n. eſt uiciſſim elemẽtorum mutatio hoc, idẽ ſubiectum alias alterius elementi ſuſcipe formã, ut prius demõſtratum eſt. at quid me oportet lõgiori uti orõne, ut terram in reliqua mutari elemẽta demõſtrem, cũ id non obſcure, & ab oibus, qui Platone poſteriores fuere, naturalibus demõſtratũ eſt, cuius grã harum nunc rõnum mẽtionẽ fecimus, illud eſt, qm̃, ſi oſtẽſum eſt dicere terram eſſe imutabilem aduerſariũ eſſe, ſi corpora cõpoſita ex quatuor cõſtitui elemẽtis dicatur. qd' impedimẽti eſt, & alium, qui ipſoꝝ imperitiã, quã in rõcinationibus pſeferunt, emuletur, hinc colligere, ſi terrã eſſe aſſerat Plato imutabilem, nõ ideo corpora cõpoſita uelle ex quatuor cõſtare elementis. quãuis hæc ad uerbũ dicere uideatur. ſed puto iſtiuſmodi rõnum formã, uel penitus contẽtiolam, uel eſſe potius eoꝝ qui præ ueritate Platoni ſtudioſe fauent. quid. n. phibet, & quẽque hac diſciplina incedẽtem, qd' & prius diximus, rõcinari, neminẽ, neq; antiquoꝝ, neq; eorũ qui nunc extat opinionẽ de rebus unquã habuiſſe falſam. Diceret. n. profecto aliquis ex Protagoræ amicis, qd' ſi ſuppõnem, quæ aſſerit nullius rei diffinitã eſſe naturã, hæc, atq; hæc comitãtur abſurda, nõ id profecto Protagoras ſuppoſuit. & ſi orõ id eius ſupponere appareat. quẽadmodum igit' in his cõpoſita ex quatuor coſtare elementis amplectentes, terrã eſſe imutabilẽ, falſum eſſe amore fatemur ueritatis accenſi, nihil Platonis opinionẽ uerentes, ita uidelicet, & ſi materiã ꝑpetuam eſſe dixit, qm̃ & mũdum plane factum eſſe, & ipſius eſſe, principiũ habere ſuppoſuit. id, qd' euidenter uerũ apparet, ſumẽtes, in altero philoſophũ erraſſe fatemur, nõ Platonis inimici, at ob id ipm, potius eius cultores, qui manifeſte pcipit, Socratis parum, ueritatis uero plurimum curam habendam eſſe. idem uero iſte nobis & in his quæ ſequentur cauendus eſt ne frequentius, eadem dicere cogamur.

Quod non mũdum perpetuum eſſe ſecũdum Platonem, & materiã neceſſe, ſed contrarium & materiã, quia mundus, initium ipſius eſſe habere. Cap. XV.

NVnc uero qd' ante occupans dixi, uir non uidet' ſuis rõnibus materiã initio carere, uel ꝑpetuam eſſe, pferre. ſi igit' palam Plato, & materiã nutu Dei ſubſiſtere uult, mũdum uero, & factum eſſe, & ipſius eſſe principiũ hr̃e, non obſcure ꝓtulit, nequaq̃ materiã abſq; principio eſſe, uel ꝑpetuã enuntians. eoꝝ quæ ad aliquid, materia, & generatio, & ſimul aut ſunt, aut nõ ſunt. quid nõ modo magis rõni conſentaneũ erat, ſed neceſſariũ, cuius Plato ſententiæ fuerit, rõcinari. utrum eo qd', accipiatur, materiã ꝑpetuam eſſe, cũ nequaq̃ id ſupponat Plato, cõtraria magnopere illius enũtiationibus colligere, neq; mundũ ſcd̃m ipm ab aliquo ortum eſſe principio, cum ille uoce ſonora dicat, ac demõſtrat, ut in ſexta didicimus rõne, mundum non ſemper eſſe, ſed ſui eſſe initiũ habere, & nõ extitiſſe priuſquã gigneretur, an ex eo, quod ſcd̃m Platonem generatio mũdi initium habeat, & materia nequaquam ſcd̃m ipm ſit perpetua, ſed ſui eſſe initiũ habere rõcinetur? et ſi nõ plane id aſſerere appareat. Ego quidẽ puto, ut omni, q in ueritatẽ figit obtutum, & qd' in rationibus cõſequens eſt, ac pugnãs, potens iudicare, ſcd̃m uerum, et neceſſariũ apparere. itaq; ſi mundi generationi initium tribuit Plato, & materiã incepiſſe, neq; ingenerabilem, neq; perpetuã eſſe exiſtimauit. cum & ſi ꝑpetuam eſſe materiã dixiſſet, ut aliquis et id concederet, neque ita, ut nuper demonſtrauimus, & mundum ſecũdum ipſum perpetuum eſſe collegiſſet.

Procli ſucceſſoris Ratio Duodecima.

DVodecima. omne generabile cũ materia, tum efficiẽte idiget. quare ſi qd' generabile eſt, non ſemp, ſed aliquãdo eſt, uel quia materia apta, idoneaq; nõ eſt, uel quia efficientis uis, ut efficere ualeat, deſiderat', uel ꝓpter utrũq;, cum materia nequaq̃ apta eſt, neq; efficiẽs ad efficiendum ſatis uiriũ habet. ſi itaq; mũdus prius nõ erat, uel non erit poſterius, uel ꝓpter materiam, uel ꝓpter eum, qui efficit ipm mũdum, id paſſus eſt, ſed id qdem, ut efficiat ſemp ſuffi-

ciens,cũ idem ſemp exiſtat,& neq; alias alius.uel igiť,aut ad mundi effectionẽ,nũc ſatis uiriũ non habet,uel & nunc,et ante,et poſtea.materia uero,aut ſemp,ut decorem,& ornatũ ſuſciperet,apta uniuſmodi erat,quẽadmodum & nũc,aut neq; nũc,cũ ſemp uniuſmodi ipſa ſit.et.n. ipſa nullã patitur alterationẽ æque,ut efficiens nullã mutationem ſuſcipit.ſi itaq; uniuerſum interdũ exiſtens quidẽ,nõnunq̃ uero nõ exiſtens,uel quia efficiẽs ſufficiens non eſt,iſtiuſmodi,eſt.uel quia materia non ſemper operi idonea eſt,neq; uero efficiens mũdum,aliquãdo,ut efficiat,uirium ſatis habet,nõ nunq̃ eum uires deſtituunt,neq; materia aliquãdo idonea,aliqñ uero ad opus minime apta,non profecto aliquando exiſtit,interdum nõ exiſtit,ꝑpetuo itaq; tempore & efficiens efficit,& materia exornatur & fulget mundi decor.

Rationis Duodecime Solutio.

Quod falſum,omne,q̃ gignitur materia indigere. Cap. I.

IN rõne,quæ hanc anteceſſit,demõſtrauimus,nõ ſi materia gigneretur,& ſui eſſe initium ſumeret,ut efficereť,materia indigere.non itaq; omne,qđ,ut inquit philoſophus,efficiť,materia indiget,ſed eoꝝ,quæ gignũtur,aliqua ſunt,quæ efficiẽte indiget ſolo.fieri.n.nequit,ut inquit Plato,ut quicq̃ ſine cauſa gignať,& ſecus.ſi neq; fortuna materia eſt,ut & ipſe exiſtimat,neq;,quia una eſt cunctoꝝ cauſa,& principium unũ,ſine cauſa cõſtitit,ſed eſt,& molitor ipſi materiæ Deus,quia & totius mundi.pars uero materia,uel elemẽtum mũdi,uidelicet & materia Deũ habet molitorẽ ſui.ſi et nõ aliquãdo,ſed ſemp,id.n.tãdem conceſſum ſit.efficiẽs enim aliquid,& moliens,eius,qđ gignitur,& omnino,& qđ efficitur,effector eſt.ſi igiť & materiã Deus efficit,& oĩno a Deo materia gignitur.igiť ſi omne ſimplr quod efficiť,materia indiget,gigniť uero & materia,& materia indigebit.igiť materia,atq; illa,ſi a Deo gignereť,materia indigebit alia,uel igiť in aliqua materia cõſiſtendũ eſt,quæ non a Deo gigniť,neq; hæc ſui effectarem Deũ cauſam habet,uel in infinitum ꝑficiſcemur materiæ materiã inquirẽtes.Si igitur hæc abſurda,nõ igiť omne,quod efficitur,materia indiget.nõ diſſimilia & ꝑfecto poſſemus & de anima,quæ rõne utitur,ac ſimilibus oĩbus dicere.nam & iſtoꝝ Deus molitor eſt,ſi & a'o æterno ipſa produxit.& ne quidem,& anima rationis capax,quæ a Deo efficitur,cũ ſimplex ſit,& a materia libera,materia indigebit.

Quod ſunt aliqua & eorum,quæ gignuntur ſemper,etiam ſecũdum ipſos,materia indiget.in quo item q̃,non omne,q̃,gignitur,materia indiget. Cap. II.

SEd quæ fiũt,inquit,non ſemp ſunt,ſed aliquãdo,hæc aſſerimus,ut efficianť,materia indigere.materia uero,& aĩa perpetua ſunt,& ſui eſſe principiũ a tempore non auſpicata ſunt. primum qdem igiť incompertũ eſt.ut tãtum nunc dicam,ſi dictoꝝ utrũq; non eſſe ſui initiũ cœpere.nulla.n.eſt ratio,quæ,ea initio uacare,me ſcire cõpellat,& id.n.in altera rõne ſatis diſſerendo diſcuſſimus,nullã naturam,qualis eſt aĩa noſtra,uitii ſuſceptricẽ,poſſe ſubſiſtentiam principio uacãtem hr̃e.& in prima oſtẽſum eſt,rõne,ut mundus principio uacet,fieri nõ poſſe.cum uero mũdus ſubſiſtentiã,quæ principio non uacet,habeat,neq; materiã abſq; principio eſſe contingit,eoꝝ.n.materia,& generatio,quæ ad aliquid,& materiã,& mundi generationem uiciſſim eſſe neceſſe eſt,ut & ipſe in capite,qđ hoc anteceſſit,Proclus recenſuit.tñ conceſſum ſit,ut dixi,& materiã,& aĩum noſtrum ſine principio ſubſiſtẽtiam hr̃e.prorſus quidẽ cum Deus ipſoꝝ exiſtat opifex,& effector,ipſa uel aliquãdo,uel ſemp efficit.omne.n.qđ efficit aliquid,uel idẽ ſemper efficit,uel aliquãdo.qm̃ ipſa aliquãdo fieri nolũt,ſemper uidelicet,a Deo efficiunť.quid ergo cauſæ eſt,ut quæ aliquando gignunť,ut gignantur,materia indigeãt,quæ uero ſemp efficiunť,non indigere materia?nõ.n.nudis ipſoꝝ enuntiationibus fidẽ præſtabimus ſi.n.omne,quod fit,materia indiget,ut in his Proclus aſſerit,quẽadmodum qđ aliquando efficitur,materia indiget aliquãdo.ita quidem & qđ ſemper fit,materia indigere ſemp rõni conſentaneum.uel ſi non id.nõ igitur omne,qđ efficitur,materia indiget.ſecus ſi ſo

lum materia indiget, mūdum uero ipſi ſemp gigni aſſerunt, & nō aliquādo, non indigebit materia mūdus, qui a Deo ſemp efficit͛. itaq; mundi generatio abſq; materia. at qui, ut eoꝝ ſinulum, quæ aliquādo efficiunt͛, dico qdem particularium ex materia, & forma conſtituit͛. ita qdem & totus mūdus, & totus ex materia, et forma componit͛. et ut aliqua materia ad formam ſe habet particularē, ita et ſimpſr materia ad totum ſe habet, & uniuerſum, uel igit͛ mundus, q ſemper efficit͛ materia non indigebit, ſi qdem ſola, quæ aliquando efficiunt͛, ut efficiant͛, materia indigent. qđ uero materia nō indiget, ſimplex, & uacans materia erit, quod quidē eſt falſum. uel ſiqdem qđ ſemper efficitur, cū materiale exiſtat, materia ſemp indiget. nō igit͛ quæ efficiunt͛ aliquādo, ut efficiant͛, ſola indiget materia, ſed nōnulla ſunt & eoꝝ, quæ ſemp efficiuntur materia indigentia. ſi igit͛ materia indigere omne, qđ efficit͛, uerum eſt, duoꝝ alterū cōcedere neceſſe eſt, uel Deum materiæ cauſam, & opificē non eſſe, & ita non unū rerū erit principium, ſed duo principio uacātia, et a nullo, ut exiſtant, cauſam habētia, Deus & materia ſecudum Manicheoꝝ nugas. uel ſi quidē & materiæ molitor eſt Deus, neceſſe & materiā, quæ efficit͛, ut efficiat͛, indigere materia. ſi igitur hæc utraq; abſurda, & neq; materiæ materiam eē contingit, & cunctorum Deū cauſam eſſe, cunctoꝝ unum eſſe principium uera teſtatur opinio. igitur omne, quod efficitur, materia, ut efficiat͛, indigere, falſum exiſtit.

Quod neq; quę aliquando gignuntur, materia prorſus indigent. Cap. III.

SEd quæ ſemp inquit, efficiuntur non oīno materia indigent. quæ uero aliquādo efficiuntur, & ſui eſſe initium ſumunt, prorſus materia indigent, ſed iā poteſtate & id nos ſufficiēter diiudicauimus, in eas, quæ hanc ꝑceſſit, ratione. in illa. n. ſi aliquādo materia efficeret͛, nequāq̄ materia indigere demōſtrauimus. qa quæ nunc a natura efficiunt͛, ſcđm formam efficiuntur, et forma nō eſt per ſe ſubſiſtens, ꝑinde materia indigere eā merito, ut ſubſiſtat. materia uero oppoſito ſe habet ad formā modo, oppoſitū autē ſequit͛ oppoſitum, dico qdem materiæ generationē materia nō indigere, tāq̄ ſubiecto, ut exiſtat, minime indigeat. eo qđ naturalium oīum ipſa ſit ſubiectum. quare qđ aliquando fit, prorſus materia nō indigebit. qm̄ & ꝓxima particularium aliquādo materia efficit͛, ut & in ratione, quæ hāc ꝑceſſit, & Proclus ipſe dixit, & pluribus in illa demōſtrauimus. & ſi aliquid gignit͛ ut materia non ex materia gignit͛, quare neq; qđ aliquando efficit͛, prorſus, ut efficiat͛, materia indiget. & ſecus, ſi ſcđm ipſos a Deo mundus ſemp efficit͛, planum & nunc fieri. Si. n. non nunc gignit͛, non ſemp gignitur, ſed aliquādo ſolum. igit͛ & mundi materia, uel a Deo ſemp efficitur, uel aliquādo ſolum, uel nūquā. ſed qm̄ fieri non poſſe, ut a Deo nūq̄ efficiatur, demōſtratum eſt, ſiqdem cunctorū effector, & opifex Deus, & rerum nihil ipm ſibiipſi, ut ſit, cauſa eſt. ſed cuncta ab oīum cauſa ſubſiſtentiā habere. neq; uero aliquādo, & a tēpore materiam eſſe genitā concedent, ſemp ſcilicet efficitur materia, & nunc ſcilicet efficitur. Si igitur ſemper efficitur materia, & nunc effici conſtat. ſi eni nunc non efficitur, efficitur tamen, non ſemper efficitur, ſed aliquando. quod enim aliquādo efficitur, non prorſus, & ſemper efficitur, ut Plato, & hæc planta, & indiuiduorum quodlibet. quod uero efficitur ſemper, & eſſentiam in tempore habet, & ſemper temporeum & non perpetuum, aliquādo fieri ſemper neceſſarium eſt. quod enim in omni efficitur tempore, prorſus & tempore manifeſte efficitur aliquo. id ipſum & capite lectionis quarte decimo qnto demōſtrauimus. nunc igitur materia a Deo effecta, aut indiget, aut nō indiget materia. ſi quidē igit͛ indiget, & illa alia indigebit, atq; id in īfinitū. ſi uero nō idiget, neq; ꝙ efficit͛ aliqn̄, materia ꝓrſus idiget, ut efficiat͛. nō raro uero diſſerui generationē dico ipſam nudā rerū ineſſe ꝓductionem, & ſubam, & impartibili nunc recipiat ſubſiſtentiam, uelut perſpicuum, tēporis momento a ſole illuſtratur, quāuis non temporis indigeat aſſidentia. ut nauis forte, & quæ edunt͛, atq; naſcuntur. in aliqua tamen temporis extenſione ad eſſe progreſſum habent.

Quod pro corollaria, non omne, ꝙ efficitur, ex eo, ꝙ eſt, effici. Cap. IIII.

ET hinc plane eſſe arbitror non omne, qđ fit, ex eo, qđ eſt fieri. ſi. n. ſemper mūdus, a Deo efficitur, & nunc efficit͛. ſi quidē ſemp, mūdi tempus explicat, ſi quidem ex eo, qđ eſt, nūc

gigneretur, ex quo efficit̃, ꝑter ipſum, eſſe alterum, perſpicuum eſt. & illud igit̃ ne a Deo efficitur, an non? ſi quidem igit̃ non a Deo illud efficit, non oium effector erit Deus. neq; ipſa, q̃ quidem efficit, ſ:dm tota ipſa efficit. ſi quidẽ hoc, ex quo efficit mũdum, nõ ipſæ efficit. ſi uero & illud efficit̃, planum ex eo qđ eſt fieri. ſi quidẽ omne, qđ efficitur ex eo, qđ eſt, efficitur. & illud rurſus ex alio, atq; id in infinitum. ſi igitur id fieri non põt, non itaq; ex eo, qđ eſt, mũdus editur. nõ igitur ex materia, neq; abſolute gignitur ex eo, qđ eſt, omne quod efficitur, ſiue ſemper, & omni tempore, ſiue aliquando efficitur.

Quod & ſi verum erat, quę aliquando ſunt, & non ſemper, vel quia materia minime apta ſit non eſſe ſemper, vel quia efficiens non ſatis facultatis habet ad agendum, neq; ita neceſſarium erat. mundum eſſe perpetuum. Cap. V.

SI igitur rõ aliqua erat, cuius aſſertione materiã perpetuã eſſe cõcederet̃, & mundũ eſſe ꝑpetuum neceſſarium erat. ſi quidẽ & materia, quæ, ut ſemp exornet̃ idonea, perpetua eſt. et Deus, ut ſemp efficiat, ſufficiens eſt. & forma, & materia ſunt eoꝝ e numero, quæ ad aliquid referunt̃, iccirco demunt̃ una, & uiciſſim cõſiſtũt. ſi uero nulla eſt ratio, quæ materiã perpetuã eſſe ꝓbet, his, quæ ꝓbare uidẽtur, confutatis, in his quæ ante tractauimus, cõtingit uidelicet, cum & Deus ſemp uniuſmodi ſit, mũdum ſemp non eſſe. non quia uirtuti effectoris molitrici quippiã deſit, ſed quia ea, quæ gignunt̃, ſemp eſſe apta nõ ſunt. nihil. n. eoꝝ, quæ gignunt̃, uidemus una cum ſua ipſius cauſa effectrice cõſiſtere. ſed omne, qđ effertur, eo, qđ effert, poſterius eſt. quia nõ eo qđ uirtus efficientis ſit imbecillis, ſed quia ita eoꝝ, quæ gignunt̃, ferẽte natura, ut in prima rõne abunde demõſtrauimus, mundus non eſt ꝑpetuus. ac id ex his, quæ illic ediſſeruimus ei, cui placuerit, intelligere licet. ſi igit̃ quod aliquãdo exiſtit, aliquãdo uero non exiſtit, uel quia ad agẽdum efficientem deficiunt uires, uel quia qđ efficit̃ non ſemper eſſe ualet, uel ꝓpter utraq;, non ſemp eſt, ut in his Proclus recte diſſeruit. in rõne uero prima demonſtrauimus naturã ipſam generatoꝝ ꝑpetuam eſſe non cõtingere ob illas, quas in illis diſſeruimus, cauſas. contingit igitur & Deo, eodem ſemp ſtatu, manente, mũdum non ſemp eſſe.

Quod falſum eſt quę non ſemper ſunt, vel propter materiam, vel propter efficientem cauſam, vel propter vtrũq; ſolum non ſemper eſſe, ſed poſſunt has, ob alias contingit cauſas non ſemper aliquid eſſe, in quo q, & materiam aptam & ad opus paratam ante generationem neceſſe eſſe. Cap. VI.

NVnq̃ uero in uniuerſum uerũ eſt, qđ aliqñ eſt, & aliqñ nõ eſt, uel qa efficiẽs ad agẽdũ nõ ſemp ſufficiens ſit, uel quia materia nõ ſemp ad opus apta eſt, aliquãdo quidẽ eſſe, aliqñ uero non eſſe. cõtingit. n. exiſtimo, & agente ſatis uiriũ ad agẽdum. habẽte, dico quidẽ ad agẽdum ſufficiẽtem qnãtum in effectrice uirtute, & arte, & materia, ut efficiat̃, propria rõne idonea. tamẽ qđ ut gignatur, aptum natũ eſt, non ſemp eſſe. quid. n. ꝓhibet, & lapidibus expolitis. id. n. eſt ad domus effectionẽ idoneum. & reliqua ad domus generationẽ idonea materia, inſup, & ꝑſente ædificatore, & quãtum in ꝓpria ad domus cõſtitutionẽ, arte ſufficientẽ, tamẽ domum neq; factã eſſe, neq; fieri. Præterea & cum cæra ad lr̃arum receptionẽ idonea ſit, et ad ſcribẽdum ſcriba ſufficiat, nõdum lr̃as ſcriptas eſſe alia aliqua, ꝓhibẽte cauſa & lr̃arum, et domus effectionẽ. uidelicet bono. ꝓpter hoc, ſingulum gignit̃ illoꝝ, et eadẽ in oibus rõ. ſi uero inquit Proclus nõ eẽ ante expolitos lapides, materiã domus idoneã priuſq̃ cõponãtur, et inter ſe cõcine iaceãt. aliud nihil dicet, quã niſi materiæ ſupueniat forma, idoneã non eẽ materiã ad formæ receptionẽ. lapidum. n. cõcina diſpoſitio cũ reliquis, quæ ad domus generationẽ cõcurrunt, id iã formæ domus generatio eſt. quare poſtq̃ lapides congruẽtes cõſtituti ſunt, nõ amplius in domus generationẽ dicunt̃ apti, ſed iã actu domus facta eſt. aptum. n. & idoneũ dicitur, ut aliquid generet̃, qđ adhuc potẽtia eſt, & non actu illud effectum. ut aqua apta, ut efficiat̃ calida dicitur, quãuis frigida ſit. Poſtq̃. n. calefacta eſt, iã actu calida eſt, & nõ dicit̃, ut ea leſiat, aptã eſſe, et cæra, cum iã in ea literæ impſſe ſint, non dicit̃ ſimplr̃ apta eſſe, ut in ea ſcribantur,

bantur, ſed iã actu in ipſa inſcripte ſunt. cæra.n. ut quippiã in ea iſcribat̃, nulla ipſi deeſt aptitudo. potius poſtq̃ in ea inſcripte ſunt, aptior lr̃arum materia, quã, ante eſſent iſcripte, effecta eſt. pariter & ratione lapides expoliti magis idonea materia ſunt domus, cum cõcinne diſpoſiti ſunt. iã & domus formã recipiat, quã prius congrue conſtituerent̃. Cõpoſitio.n. lapidum, & lignoꝝ cõcinnitas nihil aliud eſt, quã formæ domus generatio. nõ.n. ædificator ligna, ac lapides componẽs materiã efficit, ſed ipſam domus ipſis formã apponit. q̃re lapides qui nondũ cõpoſiti, tamẽ expoliti, iſti certe materia in domus generationẽ accõmodata ſunt. quid.n. igit̃ ꝓhibet quatenus ad ea, quæ nunc diſſeruimus, et mundi materia ſemp in mundi generationẽ idonea, et ſi et ipſam ꝑpetuã eſſe aliqs concederet. & opifice ſatis uiriũ hñte ad mundi exornationem, ꝓpter aliã quãdam cãm non ſemp eſſe mũdum. ſi forte molitor mũdi cognouit his, q̃ gignuntur, gigni aliquãdo bonũ eſſe. id uero diſſerui nõ exiſtimãs aliquãdo materiã ipſam ꝑ ſe abſq; formis ſubſiſtere. nõ.n. ſeorſum mũdi materiã, nec ſeꝑatim formã opifex ꝓduxit, ſed ſimul, & abſq; tẽpore utrũq;, et in ſuꝑioribus nõ raro diſſerui, effecit. ſed demõſtrare uolens et ſi aliqs materiã eſſe ꝑpetuam cõcederet, ipſam ꝑ ſe, quæ nunc dicta eſt, Procli rõnẽ, et ante mundum extitiſſe, nihil cogere, ut et mũdus demõſtraret̃ eſſe ꝑpetuus, non.n. ſolũ, q̃a inepta materia eſt, neq; quia ſolũ efficiens, ſatis uiriũ quãtas, quæ efficiunt̃, expoſcunt, nõ habet ut efficere ualeat, non efficiunt̃ ob alias quaſdã cauſas id qd̃ potentia eſt, ut efficiat̃ nõ efficitur, q̃re ſi non ſolum eoꝝ, quæ fiunt, cauſa efficiẽs, & materia ſunt, ſed ꝑter alias eſt & finalis maxĩe, hoc eſt qd̃ conducit. & q̃obrẽ gignitur, ei bonũ eſt. nõ itaq;, uel quia materia ſola minime idonea, uel quia ad efficiẽdũ ea, quæ ortum hñt, ſolũ efficiẽs imbecille, uel ꝓpter utrũq;, ſed et quia ei, qd̃ generat̃, bonum. ſi nõ bonũ erat ipſi nunc, ſed poſtea ut generet̃. unicuiq; uero bonũ qd̃ ſecũdum naturã. itaq; ꝓpoſita Philoſophi argumentatio ipſa ꝑ ſe, ſi ꝑpendatur, nihil neceſſitatis habet. niſi aliqs eo qd̃ ad aliquid ſit materia, et ꝑpetuã materiam, et æternam eẽ generationem collegerit. id uero nos in ea, quæ huic antefertur, ſufficiẽter uentilauimus.

Procli Succeſſoris Ratio Decimatertia.

DEcimatertia. motum tribuere aſſerit mũdo Deum ꝓprium formæ globoſæ corporis circularem, qui mẽtis maxime, et prudẽtiæ eſt. ſi igitur mũdo hanc ꝓpriam eẽ cõcedit motionem, ꝑfecto et ipm cœlum eſſe natura circulo latum concederet. ſi uero hanc habet natura motionem, ꝑfecto nõ motum, qui ſurſum tendit, neq; eũ, qui deorſum eſt, ipſi cõgruere aſſeremus, hæ elementoꝝ ſunt motiones. cœlum igit̃ a corporib⁹, quæ ferunt̃ in rectũ exemptum eſſe neceſſe eſt. nõ itaq; ignis eſt, neq; terra, neq; aliqd̃ qd̃ iter hæc, corpoꝝ medium, neq; leue, neq; graue, cœleſte corpus, ſi graue qdem eſt, qd̃ deorſum, leue uero qd̃ ſurſum fertur. ſi uero elementoꝝ nullum eſt, ꝑter hæc aliud ꝑfecto qdam, qd̃ natura in orbẽ fertur. ſi igitur generationes, et corruptiones contrarioꝝ uiciſſim ſunt, cõtraria uero ſcd̃m naturam motus hñt cõtrarios, et unum uni cõtrarium. eteni id in Protagora a Platone dictum eſt. hæc qdem gigni, et corrumpi poſſunt. cœleſte uero neq; generatiõi, neq; corruptioni obnoxium. ſi uero et hæc per ꝑtes gignunt̃, et corrumpunt̃, tota uero in locis ſemp ſcd̃m naturam manẽt ſuis, ex his uero mundus, e cœlo, et ex itegritate quaq; elemẽtoꝝ eſt, certe et ipſe ingenerabilis, et icorruptibilis. quæ igit̃, utcũq; generant̃, et corrumpuntur, mundi effectus ſunt, et non partes. Diis in ipſo ex mundo particulas mutuo accipiẽtibus, ut rurſus reddant̃. ut inqt ille, et genera efficiẽtibus. imaginat̃ uero eſſe, & hæc ꝑtes uniuerſi in ipſo contẽtas. at qui et alii oẽs effectus in ſuis cauſis cõꝑhendunt̃, ac ab ipſis continẽtur. Si igitur mundus ex ingenerabilib⁹ conſtat, et incorruptibilibus, et ipſe longe magis ingenerabilis, et incorruptibilis. alioquin partib⁹ deterius totum eſſet, ſi qdem ortum habet, et corruptionẽ ſubiit. genera uero ecõtra ingenerabilia ſunt, ac incorruptibilia. at qui, totum, ipſe eſt, qui aſſerit, partibus eſſe ꝑſtantius. non enim partium gratia eſſe totum, ſed totius partes. cuius uero gratia, his, quæ gratia huius, ꝑſtantius. elementa uero huius, quod conſtat ex ipſis, partes. quare qd̃ ex elementis, ſui ipſius elementis melius igit̃ cœlum ex elementis conſtat ingenerabilibus, et incorruptibilibus, et ipm ingenerabile.

eſt atq; incorruptibilẽ, et id a principiis manare Platonis oſtenſum eſt.

Vt in procœmio q, cũ ſibi Proclus, cũ Platoni contradicit aſſerens alterius a quatuor elementis eẽ ſubſtantię Platonem cœlum exiſtimare. Cap. I.

NVllus eſt impudentię modus, ultra quẽ humana non trãſiliat natura, cum ita clare Plato exclamet, ex igne, & terra, aqua, atq; aere uniuerſum cõſtare mundum, necnõ & cœlum, & quæ in cœlo cuncta, ex iſdẽ his conſtituta corporib⁹, parte ignis maxima participare, nõnulli homines, qui uenerabilẽ philoſophiæ maieſtatẽ ꝓfeſſi, atq; decretoꝝ Platonis interpretes eſſe appetiere, tãto, quos minime, ut auderent dicere, oportebat, imperitiæ exceſſu ducti. non.n. ſapere eſt, ut mihi uidet, cœlum alterius aer quatuor, corpus eſſe ſubſtantiæ Platonẽ uoluiſſe, exiſtimarent, neq; terra ſit, neq; ignis, neq; medioꝝ aliqd', neq; ex his conſtitutũ; at qui ipſe is Platonis expoſitor in his, quæ aduerſus Ariſtotelẽ contra ea, quæ ab illo aduerſus Platonis Timæũ dicta ſunt, contra, ſe erexit; Ariſtotele Platonẽ, qui ex quatuor cœlũ elementis conſtituit, reꝑhendẽte, multus fuit, ꝑſuadere nitens non alienã aliquã & extrancã ab elemẽtis quatuor, ex qbus uniuerſus conſtitutus eſt mũdus; cœleſtis corporis eſſe naturã, qualẽ Ariſtoteles quinti corporis uniuerſo naturã induxit, ſed ipſoꝝ particulã puriſſimã cœleſtem ꝑfeciſſe coagmẽtationem, quo igit nunc pacto nobis uim rõnum ad utraq; demõſtrãs, calũniat Platonem non alieno, ſed ſuo, ac ꝓprio defenſum patrocinio, ipſe uero puppim in rõnibus cõuertens palinodiã canit, ſed hæc qdem ex ipſo paulo poſt demõſtrabimus Platonis & hũc exponentiũ, necnon alioꝝ philoſophoꝝ de eiuſdem opinione teſtimonio, & ipſius adducã Procli ꝓbationes, quæ Platonẽ cœlum ex quatuor elementis uniuerſum uelle cõponi confirmãt; illud uero nunc primũ ꝑpendẽdum, ſi ratio argumẽtum, aſſerenti in orbẽ cœlum uolui, ꝓbabilẽ ꝑbeat, & alterius ipm a quatuor ſupponi eſſe ſubæ. Ariſtotelis argumentationes, quæ cœlum eſſe corpus aliqd' quintũ ꝓbare uidet in his, quæ aduerſus ipm diſſerẽtur, ſi Deo placuerit, ſpeculabimur, nunc uero tãtum ſolũ rõ indagabit, an pugnãtia Plato ſuppoſuit ex plurimo igne cœlũ eſſe aſſerẽs, ipſi figurã rotũdam & motionẽ circularem, uelut ꝓpriã tribuens. ſi igit neceſſitas aliqua ex rõne euidens appareat, cœlũ in orbẽ moueri aſſerenti, & ipm a ſubã quatuor eſſe alterũ ſupponi, neq; ita rõni conſentaneum, qd' ſæpe dixi, quæ palã, & abſq; aliq obſcuritate a Platone dicta ex aliqbus incertis coniecturis, q non dicta ſunt, refellere, ac ſi qd enitẽdum ſolum ꝑtinaciter ueritatis amore ſuppõnibus reſiſtendũ, at certe uenia danda Platonis cultoribus qui eũ a ſeipſo nõ diſſidere, quis ueritas aduerſaria ſic ꝓbare nituntur ſi uerũ euidenter eſſe apparuerit, & ex quatuor cœlum cõſtare elementis & natura circulo uolui rõni conſentaneum eſt, ut ſtatim, eum, qui argumẽta compoſuit, ſophiſtẽ cognoſcamus, ad id, qd' modo apparet, non ꝓ ueritate rõnes uiolẽtas cõficere. nõ.n. cũ qui ita adumbrare q manifeſta ſunt, calidus eſt, ignorare ueritatẽ arbitror. itaq; Proclo hoc modo argumentatio ꝓcedit.

Quod vt animal, motu moueri cœlum circulari Plato vult, non a natura, ſed ab anima hac ipſi facta motione, & q. in omnibus animalibus ab anima ipſis, vt animalibus non ſcd͂m naturam datus & tributus motus, & q neq; figurę animalium differentia, neq; motus ex differentibus, & neque ex ipſis elementis compoſita eſſe eorum corpora dicere nos compellit. Cap. II.

MOtum aſſerit Plato, mũdo Deum tribuere rotũdi corporis ꝓprium. circulo inqt cœlum mouet, ab his, quæ in rectum ferunt, corporibus, igne, aere, aqua, & terra alterum. hoꝝ enim grauia deorſum, ſurſum uero leuia ferunt. neq; leue igitur inqt cœleſte corpus, neq; graue Plato exiſtimauit. ſed ſi cœleſte corpus Plato ſimplex, aut inanimæ eſſe ſuppoſuit forte & ſi minime uerũ, ꝓbabilitatem rõni in eſſe concedemus. cõpoſitum qdem ipm ex elemẽtis eẽ; ſi & plurimũ ignis participet, anima tamẽ ꝑditum, & eſſe aĩal, atq; ab aĩa moueri, motum, qui in orbem eſt, ꝓprium aſſerere, & ſcd͂m naturã cœlo in eſſe nemini incertũ puto. non qua corpus ipm eſt per ſe ſine aĩa, quæ ipſi ineſt intellectum, ſed qua aĩal eſt, ab aĩa ipſi inſita. leuium

uero in locum ſupiorẽ motus,et ecõtrario grauium nõ aĩatoꝝ,ſed inaĩatoꝝ motus eſt corpoꝝ nullo delectu ſolo inſito eoꝝ,quæ ferunẽ,impulſu.& non raro contingit motum, ut aĩali alicui ineſſe ſcd̃m naturã,corpori autẽ ſubiecto non ſcd̃m naturam ineſſe.et.n.aĩalia, quæ apud nos ſunt in obliquum mota ſcd̃m naturã,ut aĩalia mouenẽ,elementoꝝ uero nullius,ex quib⁹ corpora ipſoꝝ conſtituunẽ,neq; ipſius compoſiti in obliquum ſcd̃m naturã eſt motus.Compoſitoꝝ.n.motus uires ſimplicium,quæ in ipſis ꝑualent,ſequunẽ.cum ut inanima,nõ ut aĩalia,mouenẽ.cum.n.grauia elementa terra,& aq̃ in compoſitis corporib⁹abundẽt,natura ĩpis ineſt deorſum latio.quare aĩalium in obliquum ab aĩa editus motus nõ natura aĩalium ineſt corporibus,et quæ augenẽ,aĩatoꝝ corpoꝝ,ſurſum auctione latá,& uolatilia tota ſcd̃m ſe tota ex loco,qui deorſum eſt,ſurſum trãſlata,ut aĩata eiuſmodi ſcd̃m naturã agunt motũ,ut uero terreſtria & grauia contra naturã.quid porro aliqs diceret de plantis,quæ ſolis reuolutione una circũuoluunẽ,quæ ex motus nois cõmunione heliotropia appellanẽ. qualis.n.nobis rñdeant,ſimpliciũ corporis ſcd̃m naturã huiuſcemodi eſt motus,uel igitur neceſſe et hæc ab elementoꝝ natura aliena eſſe,ꝓpter motus dñiam,uel ſi qdem alius eſt cuiuſq; corporis ꝑter ꝓpriã naturã,ut inanimis motus,alius uero ut aĩati ab aĩali inſertus potentia,& cœlũ Plato anĩmatum eſſe,& ab aĩa moueri uult.Planum itaq; ipſi motũ,qui in orbẽ eſt ſcd̃m naturã,ut aĩati tribuere.ſi.n.mẽtis potiſſimũ eſſe aſſerit circularẽ motionẽ,& ut Plotinus inqt,in orbẽ ideo mouetur,quia mẽtem emulaẽ.planum ab aĩa in ĩpm manare,ad imitationẽ actionis,quæ eſt ĩpſius itellectus,quæ ſuũ mouet corpus,circularem motionẽ uelle.non.n.abſq; aĩa ſcd̃m ſolũ rationis expertem,& naturalem ĩpulſum motionis aliqs cõſentanea rõne corpus inanime mẽtem æmulari ſuſpicareẽ.iure uero & figuræ inquit ꝓprium circularẽ motum.eteni cuicũq; figuræ aĩalis accõmodatus ab aĩa,quæ ineſt,impertietur motus.unde uolatilium alius,& terreſtriũ,& alius aĩalium in aquis degẽtium motus.& pariter uolatilia,et aquatilia ſurſum , deorſumq; ac in obliquũ ferunẽ.terreſtrium uero aliter qdem pedibus ꝑdita,ſecus uero quæ pedibus carent,mouentur.quid igitur admirãdũ ſi & cœlum ad corporis rõnem ab aĩa mouetur.ſi quidem & magis ad aĩæ corpus et facultatum rõne ĩpm conflatum & conformatum ac motũ. quemadmodum & in reliquis oĩbus aĩalibus formatio corpoꝝ,et inſtroꝝ apparatus.non eni iuxta ſimplicium,ex quibus conſtat aĩalia,diſcrepãtem ſubſtãtiam,ſed penes differentes uirtutes aĩarum,quæ in ipſis agere debẽt,a naturæ artifice adminiſtrãtur,ut & in ſexta nõ paucis oſtendimus rõne.Si igitur figurarum diſcrepãtia ſubſtãtiæ imutationem non efficit.Dico uero ſubſtãtiæ,quã ab elementis,ex quibus aĩalia conſtituta ſunt,habet.non igitur aĩatorũ motus,qui ꝓpter figurã factus eſt,nos corpora ipſoꝝ alterius eſſe naturæ dicere coget. contingit igitur Platonẽ cœleſte corpus,ut aĩatum,& circulo ſcd̃m naturã moueri dicere,& ĩpm cõmunium elementoꝝ naturæ eſſe ſupponi.Præterea ſi omne aĩal locali ab aĩa motu aliquo moueꝝtur,uolatilibus.n.uolare ab aĩa eſt,et natare aquatilibus,et ſerpere,ac crurib⁹ moueri ineſt terreſtribus,eſſe uero cœlum aĩal aſſerit,Plato,planum et motum ab aĩa fieri localem ipſi concedet,nullum.n.aĩal,qd' ab aliquo motu non moueatur locali,inuenitur.neq; qd' hoc ſit priuatum aĩal.cœlum uero nullo alio locali motu,quã in orbẽ mouetur.igitur hoc ab aĩa ſcd̃m Platonem mouebitur.Si uero ab aĩa circulo mouetur,alter uero eſt ab aĩa æditus aĩalium motus ab eo,qui eſt in ſito atq; innato in pulſu,et conatu ut ipſoꝝ inanimis corporibus inſito.nõ itaque motum,qui in orbẽ efficitur,cœleſtis corporis naturalẽ eſſe exiſtimauit Plato,ſed ab anima ipſi accedere.unde ipſe in aĩæ genitura globoꝝ cœleſtium motus Plato aĩæ corporis applicuit,ut ex ipſis Platonis uerbis ediſcere poſſumus.motum.n.inerrãtis,quem eiuſdem uocat et motũ interiorem ſeptem errãtium,quem alterius nuncupauit ſeipſam aĩam Platonẽ dicere moueri.et qd' aſſerit Ariſtoteles,ut cœli lationes aĩæ ſint motus.ſi igitur apte intellectiuã eſſe aſſerit,et incorpoream uniuerſi aĩam Plato.ĩplicans uero ipſam ad cœlum,cœleſti corporis motus,locales cum ſint motus,ipſam dixit moueri,anima uero cum incorporea exiſtat, ut motu,qui eſt ſcd̃m locum,moueatur,fieri nequit.cæco etiã puto manifeſtũ eſſe more doctrinæ allegoricæ ipſam,quæ cœlo cauſa eſt motus,moueri dixiſſe.quæ.n.in effectu per ſimilitu

dinem inſunt, cauſæ exemplariter adſunt. forma enim domus, quæ eſt in ædificatoris anima, exemplar eſt domus, quæ ex lapidibus extructa eſt, ex hac enim ratione & Plato cunctorum ideas eſſe ſuppoſuit.

Quod ex ipſis, quę naturæ quadrant, rebus conceſſit Proclus nulla neceſſitate cœlum in rectum moueri, & ſi ſcd̃m Platonem plurimo conſtet igne, ſed ſiue ab anima circulo aliquis ipſum moueri dixerit, ſiue vt corpus inanime a natura ſcd̃m rationem circulo mouetur, cum conſert natura elementorum. Cap. III.

SEd ſi ab anima, nõ natura circulo cœlum mouetur quis eſt cœleſtis corporis naturalis motus? Si.n. corpoꝝ, quæ in rectum feruntur, eſt, uel ſurſum, uel deorſum mouebitur, a quorum utroq; exẽptum eſt, ipſe nobis Proclus inſtãtiam ſoluit. decima.n. aſſerit ratione, ut iã cognouimus, qd' mundi unumqdq; elementoꝝ in ſuo uel manet loco, uel circulo mouet', tũc.n. in rectũ mouetur, inquit, cum in ſuo nõ eſt, in illũ celeri nitens ꝓficiſci motu. ſi igitur in ſuo ſingulum cõſiſtens loco, uel manet ĩmobile, ut terra, uel circulo mouet', & nõ in rectũ, ut æther, & qui p mõtium ſumitates, aer. compoſitoꝝ uero unumqdq; corpoꝝ elementi, ex quo cõſtat plurimo, illius locũ occupat. ut nr̃a corpora, quæ terrea ſunt, in eodẽ, qui terræ eſt, ſunt loco, cœlum uero ex plurimo, cõſtare igne uoluit Plato, ex igne inquam, tenuiſſimo, & puriſſimo, igni uero locus eſt ſcd̃m naturã, qui eſt ſupmus, in quo eſt, & cœlum, & cœlũ ꝓpriũ obtinuit locũ, quem occupãs circulo mouet'. Si igitur ab aïa circularis ipſi acceſſit motus, ipm uero nullo a ſuamet natura mouet' motu, ſcd̃m naturã uidelicet manet, & non mouetur in rectum, quaſi ſuum adeptum locum. & motus, qui in orbem eſt, ut animali ſcd̃m naturã ineſt. ſi natura, non ab anima circulo fertur, & ſi ſit e numero corporũ, quæ ferunt' in rectũ. tãq̃ in ſuo exñs loco, quoniam corporum, quæ in rectum feruntur, nullum in rectum moueri ualet in ſuo, & ſecundum naturam conſiſtens loco.

Quod & ſibiipſi aduerſatur Proclus, & eo q, circulo mouetur alterius aſſerens cœlum eſſe ſubſtantiæ. Cap. IIII.

QVomodo igit' rurſus Proclus, poſt Platonis ꝓprias enuntiationes recte poſitas, cõtrarias his uoces emittit. ſi.n. neceſſe eſt cœleſte corpus, eo qd' ipm ſolum nõ in rectũ, ſed circulo mouetur, a corpoꝝ ſubſtantia, quæ in rectum ferunt', alterum eſſe. ſ. ſi ſit e numero, q̃ in rectum ferunt', corpoꝝ, & in ſuo exiſtens loco, in rectũ ꝓfecto ipm moueri cẽſuit, quomõ igitur adhuc illa in ueritate ſibiipſi oratio cõſentiet. elemẽtoꝝ in ſuo nullum cõſiſtens loco in rectum moueri, ſed uel ĩmobile manere, uel circulo ferri. ſi uero illarum rerum naturæ cõgruenter cõſentit, neq;.n. terra, neq; aqua, neq; ignis, neq; aer, cum in ſuo extiterint loco, in rectum mouẽtur, niſi impulſa ab eodẽ diſceſſerint, neq; cœlum igitur neceſſe, cum in ſuo extitit loco, & ſi corporum, quæ in rectum feruntur, natura exiſtat, in rectum moueri.

Quod fieri nequeat, vt cœlum in rectum moueatur, & ſi ſcd̃m Pla tonem plurimo cõſtet igne. Cap. V.

NOn modo nõ neceſſariũ ſed & eſſe nequit, & ſi naturã habeat elementoꝝ, ut in rectum ferat' cœlum. elementoꝝ.n. nullum, neq; totũ ſingulum, neq; pars, cũ in ſuo, & per naturã ineſt loco, in rectũ motũ apparet. nõ.n. aliter in rectum corpora, niſi a loco, qui ipſis naturalis eſt, abſceſſerint, inſito, innatoq; mouent' impetu. unũqdq;.n. in loco, qui eſt ei naturalis, quaſi in hoc ſaluet', manere appetit, ac ui opus eſt, ut a loco, qui naturalis eſt ipſis, corpora trãſferãtur. queadmodũ aqua, & terreſtria corpora quibuſdã machinis, uel ꝑſtantiori uirtute ui pulſa ex loco inferiori, ſuperiorem capeſſunt locum, & igneus ſpiritus in nebulis cõcluſus, & condẽſatione cõphenſus in locum inferiorẽ, qui eſt cõtra naturã, iaculatur. corpora tñ ex ſuo loco mota, in illum motu recto, tãq̃ in ipſo ſaluentur lata naturali nixu feruntur. ſi igitur & cœlum in loco naturali eſt, cũ Plato ipm ex igne cõſtare uult, & igne maxiẽ tenuiſſimo, & puriſſimo, ut & Proclũ non hæc negãtem in his, quæ ſequunt', adducemus. unde & ſupmam omniũ

occupauit

occupauit regionem. fieri igitur non põt, ut ipm naturali impetu motu moueatur recto. motu.n.in rectum ſurſum, ut moueatur, fieri non põt. extra.n. cœlum nihil eſſe, & Græcoꝝ ſapientes fatētur. ſi uero deorſum moueretur, ab eo, qui ei naturalis eſt, loco abeſſe neceſſe eſt. ſed nullum eſt corpus naturali aliqua potētia, a naturali, qđ abſit, loco. cūcta.n. naturaliter eē appetunt. unumqđq; uero cum in loco exiſtit naturali, eſt maxime & cõſeruat᷑. ut a naturali corpora abſint loco, ui, ut dixi, externa opus eſt. quare neq; cœlum, & ſi igneũ ſit, abſq; aliqua, q̃ extrinſecus ſit, in deorſum moueri contingit. neq; oino ſurſum ferri demõſtratũ eſt igit᷑ cœlũ, & ſi igneæ ſcđm Platonē ſit particeps naturæ, qđ in rectũ, ut moueatur, fieri nequit.

Quod nulla neceſſitas eſt propter hoc ſolum, quia circulo fertur, eſſe alteram ab elementorum natura cœleſte corpus. Cap. VI.

